quod tenent' probationes. quia iudicium ē validiꝰ respectu iudicis ⁊ sic respectu appellantis nō iferꝫ iudicium tenere. Lap. ponit alium modum saluandi ꝓbationes etiam ꝑsup posito q̄ iudiciū nō teneat. quia ea que cōcernūt factū vt sūt attestationes valent q̄uis iudiciū pereat. C. de testi. l. fi. ó ar bi. cū a nobis. de testi. pñtata. ꝓ hoc quod no. Jnno. de test. cām. ⁊ de elec. per iquisitionē. ego bene fateor q̄ probationes tenēt pempto iudicio dūmō iudicium tenuerit. de quo vide j. in cle. ii. de testi. in. iii. q. ⁊ ita debet itelligi gl. Jnno. in. c. cām. sed si nō tenuit nec probationes alie q̄ ꝑ cōfessiones tenent vt ē casus. de testi. cām. in fi. vbi requirit vt approbent ab aduersario quod frustra requireret si tenerent de ipsa vo confessione videt q̄ teneat de testi. ipo. pysanis. quod dic vt ibi. ⁊ prosequit Laud. ea que de confessione no. Jnno. de elec. ꝑ inquisitionem. Alio modo legit hic. §. q̄ probationes tenent. quia iudicium nō est nullum. ⁊ hoc sentit glo. in verbo legitime. licet nō apte in eo q̄ itelligit probationes fuisse factas de consensu aduersarii dicens q̄ si inuito appellato fierēt nō deberent sibi nocere. ⁊ intelligo inuito ⁊ appellante. si enim nō appellaret haberetur pro cōsentiente. pena nāq; sē nō excipere vel nō appellare ab exceptionis reiectōe. de elec. cum dilecti. ⁊ dixi de rescrip. ceterum. ⁊ intelligo glo. de cōsensu ēt tacito per id quod dicat appellato inuito. sufficit ergo q̄ nō cōtradicat. ergo necesse est glo. intelligi q̄ iudicium tenebat. nam si nō teneret ad validandū probationes requiretur expressius consensus aduersarii. d. c. cum cām. ⁊ c. veniēs ii. ante fi. ⁊ hoc q̄ iudicium teneat aperte vult glo. vii. in co. qō allegat. de accu. c. i. ⁊ ii. li. vi. vbi ꝫ ante iquisitionē deāt ꝑmitti officiosū ifamie. tamē si nō ꝑmittit nec excipit valent probationes ⁊ iudicium. ⁊ hoc videt tenere Lap. dicens q̄ ꝺ casu nō est pena appellantis in hoc q̄ appellatio reddat nulla propter omissionem forme sed solum in hoc q̄ appellans nō seruata forma nō audit in his i quibus formā nō obseruat preterq̄ in tribus casibus ibi exceptis. s. §. proxi. tenet ergo appellatio ⁊ cām devoluit fm Lap. qui i hoc subtiliter dicat sed videt cōtradicere sibimet in co quod supra dixi fm eū q̄ probationes tenent hoc casu vt iudex procedere possit ex officio nō ad instantiam appellantis. Si em dicimus q̄ appellatio devoluit ⁊ iudiciū tenet sequit ex quo nō fuit repulsus tenent probationes ēt in suum fauorem ⁊ imputet appellato qui nō excepit. ⁊ hoc sentit Jſdau. dicens i verbo immurmat. quod hic inducit impossibilitatē quia ex quo cōstat de articulis repetit nō ꝑit. imputet ergo sibi appellatus qui potuisset repellere appellantē. quia ex quo nō repulit procedit obiectō q̄ hic cōcernebatur fauor ꝑsone. s. appellati. secus autē i casibus i quibus subesset exceptio peremptoria quo ad ꝑsonam vt q̄ monachus fuit in iudicio tang̃ procurator quo casu sē per pōt opponi incapacitas. vt no. de procu. in nostra. ⁊ pro hoc de postu. c. i. ⁊. ii. ⁊ idem de iudice ⁊ procuratore excōicato. de re iudi. ad probandum. idem dicit in exceptionei qua exuberat officium iudicis. c. t. ab eo. li. vi. de excep. exceptionem. Aliud aūt dicit ēē in dilatoria vt in milite cōstituto ꝓcuratore. nam post lit. cōtest. nō opponit talis exceptio. ff. de procura. l. filius. §. veteram. C. de procu. ita demū. de quo ꝓ Jſosti. de procu. in nostra. ⁊ i Spe. de excep. §. ii. vñ. hoc quoq; vult ergo Jſdau. q̄ exceptio cōpetens ꝙtra appellantem qui forma nō seruauit sit dilatoria ⁊ p cōsequens ante lit. cōte. opponēda. de quo. j. q. iii. Et in eo quod Jſdau. dicit q̄ hic inducit ipossibilitatē. vult dicere q̄ hec li'a vī ponere impossibile in eo qō dicit q̄ forme omissio repellit a ꝓposit. ⁊ ꝓponendis ⁊ a ꝓbatione faciēda ⁊ postea dicit q̄ ꝓbatio facta nō infirmatur. Si. n. nō admittit ꝓbatio nō potest haberi probatio facta. Sed dic vt dixi. s. eo. cōtrario. ⁊ dico ēt in sequenti q̄ licet nō debuisset admitti ꝓbatio tamen si admittit, valet. C Secūdo op. ad hunc intellectū q̄ non ꝓsit vllo modo procedere nec iudiciū ad instantiam appellātis ñ seruata forma vllo modo tenere. quia ex quo nō seruauit formam appellatio redditur nulla propter defectum forme. de elec. qz ppter. ꝓ hoc ēt quod tenet Jo. mo. i. d. c. vt circa. vbi dicit hec exceptio de forma pōt opponi ante lit. cōtest. quia ē de re finita ⁊ infert nullitatē appellationis. So. iste articul⁹ minus plene fuit discussus ⁊ i eo sunt varietates predicte. ⁊ illam partē q̄ appellatio sit nulla sentit glo. in. c. is qui. i vbo audiendus. ⁊ in. c. qui cōtra certā. in glo. fi. eo. ti. li. vi. ⁊ idez tenet Jo. an. vt in. c. vt circa. iherendo verbis Jo. mo. supra dictis. Sed illam partē quā tenuit Lap. abbas vt dixi in p ri. ꝙtrario. confirmat Lap. de castiglūchio per cle. ꝑceden-

tem que dicit simpliciter cām devolui post intimatā appellationem sed nihil facit. qz debet intelligi q̄ appellatio fit alias legitime interposita. Confirmat secūdo per. §. sane. s. eo. c. vbi textus ꝑsupponens formam fuisse omissam dicit q̄ appellans prosequebat quod ēē nō posset nisi appellatio remisset ⁊ cām devoluisset. sed adhuc ille. §. nō facit. qz intelligit q̄ prosequebat de facto vel quo ad eā in quibus seruauerat formā vel de appellante eo casu quo nō tenebat ad formam vt ibi dicitur in glo. in verbo prosequente. ⁊ ibi plenius dixi in. i. ꝙtrario. mihi placet q̄ appellatio est nulla per multa q̄ dixi in. §. ꝓcedenti. in. i. q. maxime quia in tali iudicio exuberat officium superioris. ⁊ sic quāuis appellans sit in casu repulsionis nō propterea tollitur quin iudex possit procedere ex officio. vel melius sufficit q̄ non fuit repulsus ⁊ q̄ non est iure expressum q̄ appellatio non teneat sed solū q̄ appellās repellendus est a prosecutione vt dixi in proxi. ꝙtrario. Ad ꝙtraria cum dicitur q̄ ex quo est omissa forma non tenet appellatio. dic q̄ forma. c. vt circa. non est substantifica. quod patz quia procedit illud. c. precipiendo. vt seruetur illa forma ⁊ ñ seruāti penam imponit. ergo ꝙtra factum tenet ne inducat duplex pena. l. non dubium. C. de legibus. quod declara per ea que dixi de postu. c. fi. Ad dictuꝫ Jo. mo. ⁊ ad glo. in c. is qui. ⁊ in. c. qui ꝙtra certaz. posset responderi q̄ tenuerūt aliam partem que nō est vera vel salua q̄ intelligunt q̄ appellatio redditur nulla. s. in effectu quo ad cōmodum appellanti, quia repelli pōt. vt. d. c. vt circa. ⁊ dictis. c. is qui. ⁊ qui ꝙtrafecerint. per hoc apparet quare probatiōes hic tenēt mero iure. quod singulariter nota Jnduco tex. hunc fm intellectum statum dictum ad questionem pridie disputataz que sequitur. C Quero circa proxime dicta pone dictat statutū q̄ bannito nō reddatur ius. bānitus egit ꝙtra Ticium nec fuit opposita exceptio an tenet processus ⁊ inia. Ja. de are. disputando tenuit q̄ non. per. l. i' seruus. C. de his qui ad ec cle. confu. quod sequitur Bal. in. l. iubemus. §. sane. C. de sa. ianc. ec. facit aut. si seruus hoc modo. quia dicitur ibi q̄ si seruus fug t a dño ad ecclesiam pōt dñs cum trahere de ecclesia vt ille resistat ⁊ in hoc surgit concertatio in qua dñs interficat seruum de noxa. i. delicto non pōt cognosci contra dñm. ⁊ debet intelligi illa. l. eo casu quo licz dño propria autoritate trahere seruum de ecclesia. ⁊ intelligit ibi gl. quādo seruus qui grauiter leserat dñm aufugit ad ecclesiam. Jn ꝙtrarium est casus hic fm predicta que plenius declaro quantum ad hoc. nam dicitur in. c. vt circa. q̄ appellans qui non seruat formam repellitur a prosecutione. ⁊ in. c. is qui. preal. dicitur q̄ non est audiendus ⁊ in hac cle. idem dicitur. s. §. ceterum. a. §. proxi. tamen si procedit tenet iudiciū vt hic quia alias probationes nō valerent vt dixi in precedenti cōtrario. pro hoc quia excōicato denegatur audientia si agit in iudicio. de iudi. intelleximus. s. de excep. exceptionem. adeo q̄ officio iudicis repelli pōt. d. c. exceptionem. in fi. tamē si ñ repellitur tenet iudicium. de excep. c. i. li. vi. ad. l. si seruus. respondeo q̄ quādoq; ius disponit resistendo facto quo ad naturitatem ⁊ procedit illa lex. ⁊ dictum Ja. de are. ita loqt tex. legis si seruus. que disponit non esse delictum illo casu. non. n. pōt tenere iudicium super nō ente. quādoq; ius non resistit naturitati. sed solum denegat audientiam ita q̄ potꝰ resistit prosecutioni ⁊ tunc solum dicitur inducere exceptionem. vt probant. c. ⁊ rationes predicte. que ꝑpetuo tenent. Jnduco ēt predicta fm alium intellectum ꝑsupponendo q̄ quando nō seruat forma. c. vt circa. appellatio non teneat ad questionē sequentem. C Secūdo quero nunquid iudex ordinarius vel delegatus coram quo constat de obiectis licz forma. c. vt circa. seruata non fuerit possit pronūciare. Ben. q̄ sic. qui dicit per illam probationem electus vel similis per iudicem repellitur. pro quo inducit dictum Jnno. de fideiuss. peruenit. ⁊ de iureiu. c. fi. li. vi. Idem Alb. Bath. qui allegat notata per Archi. in. d. c. fi. dic q̄ dictum Ben. ⁊ Alb. Bathe. non confirmatur per dictum Jnno. quia Jnno. loquit de eo qui erat iudex ⁊ si appellatio nō tenuit per cōsequēs cāz nō devoluit. ergo iudex adhuc nō est iudex ⁊ hoc nisi esset alias iudex. sicut est papa vel alias adhibilis per querelam. Item dictum Jnno. est verum in ordinario nō autem delegato cuius iurisditio nō extenditur nō cōmissa. vt dixi de cōfes. c. ii. vbi respondi ad. c. peruenit. de fideiuss. per quod se fūdat Jnno. quod ibi ex mandato pape potuit delegatus vel alter predixi in. d. c. ii. Sed pro dicto Ben. ⁊ Alb. Bathe. est quod dixi in. i. ⁊ ii. cōtrario. quia hoc casu appellatio nō est

nulla quod videtur verius. Induco ēt dicta supius ad aliā
questionē que sequit. ¶ Tertio quero circa p̄dicta an appel
lans extra iudicium possit prosequi aliquā cām in appellatio
ne nō expressam. dic q̄ sic quia vt dixi in primo 2trario vt p
batur in. §. proxi. ⁊ i. c. vt circa. appellans in casibus exceptis
in. d. c. vt circa. admittit prosequendo appellationē. ⁊ illi ca-
sus continēt prosecutionē exceptionis nō opposite vt i appel
latione nō cōtente vt que de nouo fuit exorta vel ō nouo ad
notitiam peruenit. ¶ Op. ad hoc de cle. appellanti de ap.
So. La. quod est speciale in dictis casibus exceptis. per. c.
vt circa. Et specialitat̄ ratio est q: appellans nō fuit i culpa.
Dic melius q̄ dupler ē appellatio extraiudicialis. quedam
ē que interponit a iudice. quedā que a parte. de prima proce
dit cle. appellanti. de secūda nō. quod probat ibi in verbo iu
dicis. ⁊ p id quod no. gl. ibi in dicto vbo. nā appellatio extra
iudicialis interposita a parte pōt iustificari ex futuro grauā-
mine. vt no. Inno. de ap. ad audientiā. Et pōt interponi ge
neraliter. de ap. bone. vbi dixi q̄ nō liceret i appellatiōe iudi
ciali ab interlocutoria vel extraiudiciali a grauamine iudicis.
de ap. vt debitis. ⁊. eo. ti. cordi. li. vi. ⁊ pro hoc qō no. Inn.
in. d. c. cordi. in prin. per hoc dico q̄ procedit decisio p̄cedēs
sine vlla spēalitate. ⁊ hoc quātū ad cle. appellanti. quia non
hz locum hoc casu. ¶ Quarto q̄ro p̄supposito illo ītellectu
q̄ appellatio nō seruata forma. c. vt circa. nō sit nulla ⁊ per 2
sequēs q̄ exceptio cōpetens ꝓpter nō seruatā formā sit dila
toria vt dixi. ſ. in. i. 2trario in fi. vsq; ad quod tp̄us pōt op
poni. dicit ℣Dau. q̄ vsquequo nō sunt facte probationes ni
si appellatus exp̄sse consensisset prius mouet. q: hoc casu nō
fit litis contestatio cū sit cā spūalis. ⁊. j. de iudi. cle. dispendio
sam. ⁊ de vbo. sig. cle. sepe. per hoc infert id quod ponit hic
glo. vlt. de articulis. q̄ debet instari vt nō recipiant̄ imperti
nētes lz ꝓsueuerit admitti saluo iure ipertinētiū ⁊ nō admit
tendo. q: quod dicit ℣Dau. verum quādo habent longū tra-
ctū. dic 2tra. primo quo ad primū dic q̄ exquo appellās nō
excepit ⁊ permisit appellantē p̄ducere articulos ꝓbatorios ⁊
dari dilationem ꝓbatoriam ītelligitur renūciasse exceptioni
semp p̄supponēdō q̄ sit dilatoria. ⁊ videt idē tenere ℣Dau.
vt dixi in. i. cōtrario in fi. pbo per notabilē ⁊ singularē theo
ricam quā ponit Inno. de elec. c. i. li. vi. ⁊ ibi gl. in verbo ab-
sentiū. vbi dicit q̄ vbi procedit lite nō contestata statim cū p
cessum ē ad aliquid de his que solēt fieri solū post cōtestatio-
nem in aliis litibus ī quibus lis contestat̄ p̄cluditur via oib⁹
expediēdis ante litē contestatā sed dilatio ꝓbatoria ē de ex-
pedibilibus post cōtestationē. vt lite nō cōtest. in rubro ⁊ ni-
gro. ergo ⁊c. Item in alio cū dicit instandū ī articulis ne reci
piatur q̄ sint impertinētes. dic q̄ potius verum ē dicere q̄ po
tuit appellans excludi a toto' pcessu. sed exquo nō est exclu-
sus sunt ptinentes. Itē ī alio cū dicit clausulam saluo iure i-
pertinentiū procedere in habentibus longū tractū. dic q̄ im
mo procedit in oībus que nō statim sunt manifesta. secus si
manifesta vt q̄ capitulū ex sua forma est ineptum. sed i ter-
minis huius. c. dic q̄ nō sufficit clausula imo p̄supposito q̄
iudex ad quem cū tali clausula admisisset cū capitula appel-
lātis qui poterat repelli nō ꝓpterea appellatus poterit postea
dicere nō standū ꝓbationibus tanq̄ impertinētibus. quia sunt
pertinentissime exquo appellatus exceptione non est vsus vt
proxime dixi.

i **Nplerisque** ¶ Nota q̄ ecclesie mari
me cathedrales ōbent
habere facultates. ⁊ facultates dicunt̄ earum pre
sidium. ibi p̄sidio facultatū. naz sine temporalib⁹
spūalia diu esse nō p̄nt. i. q. iii. siquis obicerit. de vi. ⁊ ho. cle.
vt quisq;. ⁊. c. q̄n. ¶ Secūdo nota q̄ clerus ⁊ populus sunt
diuersa de quo in glo. iiii. in prin. Exquo infert Ben. q̄ mari
me in odiosis vnū nō cōprehendit reliquum. ar. de rescrip.
sedes. de sen. ex. si ciuitas. li. vi. ⁊ quod notat ℣Dosti. de pui.
ex parte abbatisse. In fauorabilibus nomē populi cōprehen
dit clerum. per. c. dilecti. de fo. compe. ⁊ insti. de iure natura
li. §. plebiscitum. que iura nō faciunt. loquunt̄ enim in alio
nomine appellatiuo. patet in. d. c. dilecti. in verbo anglicis
quod nomen eque conuenit clericis ⁊ laicis. secus hic. q: nun
q̄ nomine clerici venit populus nec econuerso. ⁊ si qua 2tra
ria inueniantur spāles ponūt casus. ¶ Tertio nota q̄ ī epis
obprobriosa ē mendicitas. pro hoc glo. in verbo obprobrio.
ad hoc de renū. ad supplicationē. ¶ Quarto no. q̄ epi pos-
sunt appellari serenissimi probat verbum serenitatē. pro hoc
quia nil beatus. xl. di. ante omnia. ⁊. j. ō penis. cle. siquis sua
dente. v. nec sup hoc. ¶ Quito nō. q̄ vbum pastor cōprehē
dit ꝓprie epos ⁊ superiores lz alibi latius sumat. de quo ī glo.
ī vbo de pastore. ¶ Quero q: dicat de ecclesia cathedrali ca-
rēte clero ⁊ populo xp̄iano q̄d si hz alterū tm̄. glo. ī vbo po-
pulo. disputat ⁊ alii doctores eam extēdunt. ⁊ q: fuit itricatō
nes videda sūt mouua ad vtranq; ptē. ⁊ primo q̄ nō sit loc⁹
huic. c. Inducit̄ q: ad veritatem copulatiue requirit̄ vtrāq;
ptē esse verā. ff. de vbo. ob. l. siqs ita. l. fi. isti. de heredi. isti. §.
penul. de rescrip. c. ii. ergo vt sit locus huic. c. expedit vt eccle
sia careat vtroq;. nā copula ⁊: bis repetit̄. q: primo dicat clero
⁊ populo xp̄iano. secūdo dicat clero ⁊ subditis xp̄iani. p̄ p̄di-
ctis. ff. de cōdi. insti. l. si heredi plures. dele. iii. l. ea tm̄ adiectō
se. is qui. li. vi. Sec ūdo q: si aliter diceres q̄ nō requireret
vt careat vtroq; non ēt differentia inter cōiunctam ⁊ disiun
ctā. ⁊ idē esset q̄ tex. diceret carēti clero ⁊ populo. ac si diceret
clero vel populo. quod ē absurdum. ad hoc de rescrip. inter
ceteras. de spon. ex lr̄is. i. ff. de le. iii. l. non aliter. que dicunt
standum proprie significationi. vt probat. l. non aliter. ⁊. c. ex
lr̄is. sed contra propriam significationem est q̄ coniuncta ha
beat vim disiunctiue ⁊ absurditates seu improprietates sunt
excusande nō sequēde. de vbo. sig. preterea. vbi glo. nōbilis.
Tertio quia si ecclesia habet clerū tm̄ vel habet populū tm̄
absurdum ē q̄ non prouideat ep̄o. que ratio vt dicit gl. mul
tum vrget. In 2trarū quia debet attendi mens conditoris
qui voluit p̄cludere viā improuide p̄uisioni superiorū ⁊ teme-
ritati petentiū. dicit aūt Ben. q̄ hec imprudentia ⁊ teme-
ritas sic locū habere p̄nt. vt facilius in ecclesia habente clerum
tm̄ vel populū tm̄ q̄ in carente ecclesia vtroq; mens aūt pre
ferenda ē verbis. l. scare. §. aliud. ff. de excus. tuto. ſ. eo. si post
q̄. li. vi. j. de iureiuran. cle. romani. §. verum. Item quia ca
rere est nō habere sed si dixisset. si ecclesia non habeat clerum
⁊ populum requireretur q̄ haberet vtrūq;. quā rōnē decla-
ra vt in glo. ⁊ pro hac est illa ratio de copulatiua que requirit
vtranq; partem. p̄terea inducūtur iura. ſ. e. cum in cunctis
de eta. ⁊ qua. eam te. que inducit glo. inducit ēt Ben. quia
clerus ⁊ populus non copulant̄ hic simpliciter sed iter ea po
nitur verbū carentibus. i prin. vbi clero carentibus ⁊ populo
xp̄iano. ⁊. j. ibi clero careat ⁊ subditis christianis. vnde potest
esse sensus clero careat. s. tm̄ ⁊ post copulam ⁊ sequentem re
petetur relatiuus que: p̄cedens vt sit sensus que ecclesia care-
at populo ⁊ subditis christianis. s. tm̄. ⁊ sic illa duo distribu-
tiue ponantur. quia melius intellectui conueniunt. pro hoc
argumentū. de prau. vt priuilegia. circa fi. In hac qōne glo.
tenet primā partem licet dicat q̄ egeret declaratione. Idem
sentit ℣Dau. dicens q̄ verbū careo inducit priuationē que cū
requiritur in duobus coniunctis non perficit altero habito.
sic verbū habeo inducit effectualē impletionem. ff. ō vb. sig.
l. nomen filiarum. §. habere. que nō est nisi vtrūq; habeatur
⁊ sic verbū carere ⁊ verbū habere nō important idē si ō duo
bus coniuncti proferant̄ sic dicimus q̄ in alternatiuo nega-
to neutrum fieri debet. ⁊ in affirmatiuo sufficit alterū ꝓpter
disiunctiuā. de mu. peti. c. i. de reg. iur. in alternatiuis. li. vi.
⁊ q̄ non idem significet carere ⁊ nō habere patet. si. n. dico ca
reo filio. ⁊ filia si habeo filiam non careo vtroq;. Ben. tenet
primam partē 2trariam per rōnes p̄o illa parte factas. ⁊ p
l. cū eiusdem. ff. de edil. edic. vbi vendit cōmedos. i. qui reci
tant cōmedias simul si fuit constitutū p̄cauū pro pluribus si
mul. quia erant eiusdem officii. si vnus ē morbosus oēs red-
hibentur ⁊ resciditur venditio licet secus foret si p̄cium fo-
ret constitutum pro singulis singulariter cōsideratis. vt ibi
dicitur. ℣Pro quo induco q̄ ad idem dicitur in fine illius. l.
de eo q̄ vendit mulas pares pro eodē officio alicuius quadri
ge. quia vna morbosa oēs redhibentur. Idem ō aliis iumen
tis paribus. ⁊ idem in casibus similibus. eo. ti. l. plerunq;. ⁊
l. si plura. ⁊. l. ediles. §. si iumenta. ⁊. §. si forte. ⁊. §. cum aūt.
⁊ sic vt locus sit huic precepto sufficit q̄ subtrahitur altera de
qualitatibus. vel quia ecclesia non habet populum. vel quia
nō habet clerum. Ad idē induco quod no. Archi. de elec. si
forte. v. ceterum. li. vi. vbi dicit tex. q̄ si exitus examinis de
quo ibi docuerit oppositionis veritate destitui punitēdus est
opponens vt ibi dicitur. dicit aūt. Archi. q̄ siquis opposuit
plura ⁊ probat aliqua sed non omnia locus ē pene. ⁊ sic dicit
clare sonare textum. sed Jo. an. ibi dicit q̄ non est sibi clarū
⁊ q̄ illa dubitatio incidit in hanc quam sequimur ⁊ cōtra ar
chidia. ⁊ pro eo qō tenet glo. ⁊ ℣Dau. est quod notāt Inno.
℣Dosti. ⁊ Cōpo. eo. t. c. i. li. vi. ⁊ ibi glo. in vbo defecerit qui
dicit opponentem plura euadere penā si probat alterū. quod

ſufficit ad caſſationē.ſed opi. Archi. preſuppoſita pro vera. facit pro hac parte ↄ idem de reſcrip.c.u.c.ↄ olim.ↄ eſt ſimilis intricatio ea que no. de ver.ſig.cle.ſepe.in prin.in verbo ↄ figura. vbi glo.non facit differentiā an verba illa ſimpliciter de plano cē.ponant cū copula an ſint:qđ facit pro opinione Ben.ſm quē ad contraria prime partis Reſpondē ad primum de copula ꝙ hic copula habet vim diſiunctē vt ſepe ñt. d.c.u. de reſcrip.ad illud de.ꝓpietate nō ſequēda dicit ꝙ frequenter fit interpretatio p̄ ꝓpriā ſignificationē verborū vbi res ſalua eſſe nequit iuxta mentē ꝓferentis. vt no.in.c.intelligentia.de ver.ſig.ad tertiū de abſurdo qđ eſt nō ꝓuidere eccleſie ſi hz alterū tm̄ dicat ꝙ illud ceſſat in ꝯſtitutione ꝓhibitoria ↄ pluribus ꝯſideratis vt ꝯiunctis vult dicere ꝙ nō debemus extendere iſtā ꝓhibitionē extra ſuos terminos. ↄ ad abſurdū dic ꝙ papa vel alius de eius mādato potent tali eccleſie ꝓuidere. Bertrā. diſtinguit qr aut eccleſia caret clero tm̄ aut populo x̄piano tm̄. Si clero tm̄ hz locū hec ꝓhibitio qr populus ſolus nō pōt ꝓuidere de ep̄o nec metropolitan⁹ nili in caſib⁹ a iure expreſſis ↄ pmiſſis vt p̄ deuolutionē rōne negligentie. s.e. ne pro defectu. q̄ negligētia nō cadit exquo eccleſia nō hz clerū qui poſſit eligere. Si aūt caret populo ↄ nō clero clerus qui ante habuit ius eligendi pōt eligere.e.qua electio ſpectat ad clerū nō ad populū. s.e. olim ↄ ſimilis ibus de clero preter vnū ſolus retinet ius eligendi. de poſtu. .c.ii. hec pceduntſm eū qñ eccleſia prius erat ep̄alis. ſecus ſi nūq̄ fuiſſet ibi ep̄s. qr tunc prima ihtitutio ep̄atus ſpectat ad papā. de cō. di.i. de loco q̄. pro hoc de of.leg.miſi. ↄ.c. q̄ trāſlationē. de ma. ↄ obe. cū inferior. ne ſede va. c.i. de excel. pla. ſicut vnre. ↄ qđ ibi no. Cū aūt ab initio eccleſia hunt ep̄s recedētib⁹ prochianis aut recedūt alio nūq̄ redeūdi ↄ deſinit eē prochialis ↄ cathedralis. aut aīo redeūdi ↄ nō deſinit eſſe ſm Bertrā. qđ vitiū incidit in qōnem de qua dixi de prebend. de multa. an deſinit eccleſia parrochialis eē prochialis vel curata recedentibus prochianis de quo per archi. c.ti. licz canō ↄ quicqd alij tenuerūt tenui in.c. de multa. q̄ nō qr eē prochialē vl curatā ñ pēdet a prochianis ſz a ſuperiore. de proch. q to tū. ſz quo ad qōnez nr̄az diſtinctio Bertrā. nō vz̄ procedere. nā fortior deberet eſſe ꝓhibitio qñ eccleſia hz clerū ↄ nō populuz q̄ qñ ecōuerſo. nam tunc fortius ſubeſt rō de qua in textu q̄ ep̄s non pōt prodeſſe vt expediret. Ex his queſtio remanet intricata. Sed pro claro intellectu ſciendū q̄ propoſitionum ſeu rōnū alia eſt vnica ↄ ſimplex que hz vnū ſubiectū ↄ vnū p̄dicatū vt homo eſt aſinus. ↄ talis dr̄ apud laicos cathegorica. Alia eſt cōpoſita continens plures orationes que dicit hypothetica. pro hoc no. ff. de acqui. re. dom. l. queſitum. in gl. fi. ↄ hec hz plura ſubiecta ↄ plura p̄dicata. vt petrus ē hō ↄ petrus eſt aial. hec multiplicat⁹ ꝓpoſitōis fit diuerſimode. qñq̄ p dictionē ſi: quādoq̄ per copulā ↄ. qñq̄ p diſiūctiuaz vel. aut quid ſimile. ↄ de materia copulatiue dixi de reſcrip. c ii. de diſiunctiua. e.ti. inter ceteras. pronūc ꝓſequit de copulatiua. ↄ de hac no. ꝙ quādoq̄ copula ponit inter orationes ↄ tunc facit ꝓpoſitionē duplicē ſeu hypothetică vt in exēplo poſito. ↄ in. d.c.ii. de reſcrip. quādoq̄ ponit inter terminos ſeu dictiōes. vt ſi dicat petrus eſt bonus ↄ alb⁹. prio nō fac̄ ꝓpoſitionē copulatiuā. ſecundo facit propoſitionē de copulato extremo. i. ſubiecto vel predicato. ↄ eſt vnica ꝓpoſitio. ↄ ſic cathegorica. Idē dico de diſiunctiua ꝙ qñq̄ eſt diſiunctiua qñq̄ de diſiuncto extremo. i. ſubiecto ↄ predicato. qđ dico ꝺ v. ſig. cle. ſepe. in prin. q. ix. vbi de hoc in glo. notandū vbi ē intricatio vt hic. ↄ quo ad copulaz eo caſu quo ponitur inter terminos ſubdiſtingue. an termini ſeu dictiones inter quas ponit ſint ſubſtātiui vel adiectiui. qđ dixi i. d.c.ii. de reſcrip. In poſito copula in. c. noſtro. ponit inter terminos ſubſtantiuos a parte predicati. ↄ talis eſt ꝓpoſitio. nullus ſine licentia pape ꝓuideat eccleſie cathedrali carente clero ↄ populo x̄piano. ↄ ſic de vi verboz̄ vera eſt opi. Ben. qr eccleſia carens clero hz hz populū eſt de carentibus clero ↄ populo q̄ tum exquo nō hz vtrūq̄. ↄ argumenta que facit glo. in prin. cū dicit ꝙ habens codicē non includit ſub carentibus decreto ↄ codice procedunt quatenus nō facit vnā ꝓpoſitionez de copulato extremo ſed vnā copulatiuā vt ſit ſenſus ꝙ habēs codicē non eſt de his qui carent decreto ↄ qui carent codice. tm̄ verū eſt ꝙ de carentibus decreto ↄ codice coniunctim ga non hz vtrūq̄ ſed in. c. noſtro. dic ꝙ copula quāuis ponatur inter terminos tm̄ facit propoſitionē copulatiuā ac ſi eēt poſita inter orationes exquo ſunt termini ſubſtātiui. pro hoc qđ dixi in. c.ii. de reſcrip. ↄ eſt ſenſus eccleſie carenti clero ↄ populo. i. carenti clero ↄ carenti populo. ſeu exponendo verbū carere pro non habere carenti. i. eccleſie non habenti clerum ↄ non habenti populū. modo eccleſia habēs alterum tantū non eſt de his que non habent clerum ↄ non habent populum. vel breuius dicendo que nō habent clerū nec populum ↄ hoc vitiū ſentit Lap. in additione dicēs ꝙ iſta carere clero ↄ populo non equipollet iſti non habere clerū ↄ populum pro predicto. ff. de re. dub. l. is qui decem. §. vtrum. qui facit pro ↄ contra. vt dicat hic glo. ↄ facit pro quatenus copula ibi ſtat propue. facit contra quatenus ſtat pro diſiunctiua. pro hoc intellectu ſunt rationes facte ad hanc partem in iure vt requiratur ↄ vtranq̄ partem coniunctim eſſe veram. d.c.ii. de reſcrip. ↄ ſic intelligendo non eget declaratione ↄ contraria procedunt ſolum. qua glo. non bene exponit verbum carenti. cum dicit ꝙ eſt ſenſus ac ſi diceret non prouideatur eccleſie ſi non habeat vel niſi habeat clerum ↄ populum nō debet negatio poni ſolum a parte predicati vt ſit ſenſus. non ꝓuideatur eccleſie ſi eſt de eccleſijs non habentibus populuz. quāuis enim negatio precedat verbum habentibus. tamen negat ſolum predicta. ↄ eſt ſenſus ꝙ non prouideatur eccleſie ſi eſt de non habentibus clerum ↄ non habentibus populum. ↄ ſic iſta propoſitio ſi eſt de non habentibus cē. eſt mere affirmatiua preterquaz a parte predicati at eccleſia que habet alterum tantum non eſt de nō habentibus clerū ↄ nō habētibus populū vt ad ſenſum patz. ¶ Secundo quero ſi clerus ↄ populus chriſtianus nouiter eſt expulſus an habeat locuz hec cōſtitutio? vr̄ ꝙ ſic. q ↄ nunc eccleſia dicitur carere clero ↄ populo chriſtiano. Item per hoſtilitatem locus deſinit eſſe ſacer cum eſt ab hoſtibus occupatus. ff. de religioſis. l. cum loca. ſicut remotis perſonis collegij deſinit eſſe collegiū. ff. de colleg. illicitis. l. iii. Item ep̄s talis eccleſie pōt obtinere aliū ep̄atum. vii. q. i. paſtoralis. de licentia pape ſm Unic. qui h̄ no. de tranſla. c.i. Idem videtur ſequi hanc partem ad quā opponit de cle. quāuis. j. de foro com. Solut ꝙ ibi quādo ep̄us tm̄ expellit nō quando expellit clerus ↄ populus x̄pianus. vel ſm eū ep̄s expulſus cū clero ↄ populo bene potent alibi iuriſditionē exercere: vt in cle. q̄uis. ſed eo mortuo nō poterit de alio ep̄o illi eccleſie prouideri vt hic. Quo ad id aūt qđ fiunt argutū ꝙ locus occupatus ab hoſtibus deſinit eē ſacer. gloſ. i. in. v. x̄piano. que tenet contrariū. ↄ idē Laud. qui reſpondet ad. l. cū loca. ꝙ dicitur deſinere eſſe locus ſacer. qr viduatus eſt miniſtris. ſed tamen vera, ſacramēta poſſent ibi miniſtrari. nec coinquinatur propter hoſtes: ar. i. q. i. ꝙ quidam. de cohā. cle. veſtra. Et de hoc remittit gl. ad notata. vii. q. i. paſtoralis. in fi. dic ↄ aliter ꝙ deſinit eſſe ſacer hz ius ciuile per. i. cū loca. ff de reli. ↄ ſimp. ſu. ſed non de iure canonico. quia ius ciuile ponderauit factū. an de facto poſſent ibi exercere ſacramenta. ſed de iure canonico debet ponderari ius vnde niſi auctoritate legitimi ſuperioris ſit deſtructa non deſinit eſſe cathedralis. Pro hoc quod no. in. d.c. ii. de no. oper. nū. quantū. tamen ad hanc cle. attenditur factū. vnde ſufficit in caſu noſtro ꝙ de facto eccleſia nō habeat clerū ↄ populū quōcunq̄ hoc ſit vel per occupationem hoſtium vel alio modo vt dicat gl. in verbo chriſtiano in fi. ↄ idē Pau. ↄ eſt ratio quia ibi ponunt verba concernentia factuz .ſ. verbum carentibus ↄ verbum careat. ¶ Tertio quero an rōne facultatū vel maioris populi vel minoris ecclia fiat dignior. dic ꝙ nō: ſm Steph. quod probatur. xcvi. di. legimus. ad quod op. de. c. epiſcopi. ↄ. c. ſequen. lxxx. di. Solebi ſoluz dicitur ꝙ non in caſtris ↄ modicis villis ſed in amplis locis ſunt conſtituendi ep̄atus. pro hoc de prin. c.i. ¶ Quarto quero quia dixi de eccleſia cathedrali que dicit cathedralis? dic ꝙ ea que hz epiſcopū de qua loquitur. l. di. poſtq̄. lxvii. di. obeuntibus. s.e. quia propter. ↄ. c. ne p defectu. vnde dixi notando ↄ ponit glo. in verbo de paſtore. hec vocabula paſtor ↄ eccleſia cathedralis licet alicubi ponātur late hic reſtringuntur ad epiſcopales ↄ ſuperiores. ¶ Quinto quero quare ſpecialiter expreſſit de religioſis. glo. in verbo religioſos. ſoluit ↄ ſm Lau. ↄ Pan. maxime concernit mendicantes in quibus habet locum quod dicit glo. laqueus ꝺtritus eſt cē. ¶ Sexto quero quia ex gl. predicta in. v. bo religioſos. ↄ ſm predicta apparet ꝙ magis appetunt religioſi exaltari ꝑ alij vnde hoc ſurgit. So. hec eſt problema que pertineret ad naturales ↄ morales. Sed dicit Laud. faciunt ad inſtar ſenum in quibus licet cetera vicia conſenescant. auaritia tamen eſcit vt no. de preſu. cuz in iuuētute. nā videntes iſti ſe deſtitutos bonis ſeculi quia mendicantes di-

cuntur a mente q̃ est deus magis appetūt qđ non hñt. xlv. dis. oēs. dat simule de anglicis ⁊ scotis qui plus appetunt vinū quo carent q̃ alii. ad hoc. xxxii. q. i. moysēs. ¶ Septimo quero circa id de quo in prox. q. an religiosus quicūq; appetens dignitatē peccat mortaliter. vi q̃ nō per. c. qui ep̃atum viii. q. i. vbi dr̃ qui ep̃atum desiderat bonū opus desiderat. ad hoc. de renū. nisi. in fi. Jn ꝯrū q̃ religio est bonū quodā mō incōmutabile q̃ isti commutant pro tpalibus. ergo peccāt mortaliter. de regula. lz. xix. q. ii. duo sunt. pro hoc quod no. xvi. q. i. monachi. in glo. Laud. ⁊ All Dat. tenent secūdū ⁊ ad. c. q ep̃atū. rñdet Laud. q̃ q desiderat ep̃atū desiderat bonū op⁹ qđ ē de se bonū sed desiderū nō ē bonū. pro hoc ē qđ dicim⁹ q̃ deus est remūnerator aduerbioꝝ nō nominum. no. glo. de colluſi. c. i. vel aliter qui ep̃atum desiderat bonuz ibi punctus opus desiderat. xl. di. ante oīa. q̃ iste dignitates plus in erroribus afficiūt q̃ honores tribuant. xvi. di. nerui. Concludit Laud. q̃ si appetitus istoꝝ concordat in oībus cū appetitu moysi. de quo. xxxvi. di. si quis vult. nō peccant alias sic vt dictum est. ¶ Octauo quero de quib⁹ superioribus intelligitur quod dicit ipronida superiorū ⁊c̄. glo. in v̄bo superiorū intelligit de quibuslibet quouis iure spectat ad eos ꝓuisio maxime si sunt quatuor principales patriarche ¶ Rp. ad hoc q̃ non ad superiores prouisio sed ad canonicos spectet electio ad ecclesias cathedrales. de elec. c. i. Sotertius habuit relationē ad id qđ erat de facto. q̃ ibi nō erāt canonici. dicit aūt Laud. q̃ hodie ois prouisio episcopatū ⁊ episcopoꝝ spectat imediate ad papā nisi spāliter in iure vel ꝙsuetudine concedat inferioribus. de of. ordi. duo. de cleri. egro. c. vno. li. vi. dicit ēt se nō videre quo iure hic hoc facerz patriarcha. ideo sublatū est q̃ qđ rōne caret ⁊c̄. lxvii. di. cor epi. dic tū posset cōpetere sibi de iure spāli. vt dicit glo. predicta in verbo superioꝝ. ⁊ idem Jſdau. dicens in verbo superiorum. q̃ ad istos spectabat de cōsuetudine vel priuilegio speciali vel de iure cōi. ꝓpter defectū collegij cū de collegio nullus esset facit qđ no. de iurepa. postulasti. ⁊ per Archidia. ix. q. iii. cū simus. vbi aūt esset collegiū eius negligentiā nō supplet superior nisi expresso in iure pro hoc qđ dico. j. q. ix. Et de quatuor patriarchalibus sedibus dicit gl. in. v̄. xp̃ianis. p. uisum per extrauagantē sancta romana vbi dicit q̃ q̃diu sūt sub infidelibus canonici ipsoꝝ nullo mō ꝓcedant ad electionē vel postulationē nisi primo deducant ad noticiā sedis apostolice ⁊ decernit irritū quicqd fuerit ꝑ factū ⁊ reuocant consuetudines statuta ꝓria ctiā iuramēto vel ꝙfirmatione sedis apostolice roborata. ¶ Nono quero circa id qđ dixi in pr. q. quid si habens ꝓbendere est negligens. So. per id qđ dixi. s. q. prox. ⁊ dicit Jſdau. q̃ regulare est q̃ nullus supplet alterius negligentiā nisi in casu iure expresso. lxxxix. di. c. ii. de concess. prebē. q̃ diuersitatē. vbi no. Jmmo. ⁊ de elec. cū ecclesia. Jſdau. q̃ singulariter no. ¶ Ad hoc op. de sup. ne. p̃l. i rubro ⁊ nigro. So. qđ dic̄ pau. ꝓcedit quo ad hoc q̃ ipso iure nō fit deuolutio nisi vbi ē iure exp̃ssū. sed requirit q̃ superior moneat inferiorē assignato termio quo elapso ipse supplet. vt no. in. d. c. cū ecclesia. ¶ Decimo quero circa hoc si dat alicui licentia supplendi defectū alterius an poterit hoc nō cito illo ¶ in. in. c. cū in cunctis. co. ti. vbi melius cadit in fine ⁊ Jſdau. hic dicit q̃ aut suppletio fit ꝓpter defectū inferioris in faciendo minus ꝓnde ⁊ tunc q̃ delinquit inferior statz pena cōmittit. d. c. cū in cunctis. ⁊ nō est necessaria citatio. sed si inferior deliquit omittendo necessaria est citatio iuris vel hominis. At in precedenti. q. dic q̃ precedens membꝝ dz distingui. an pena sit̄ posita ipso iure an nō ipsoiure vt primo casu, ꝓcedat q̃ dicūt: secundo casu nō. vel dic verius q̃ ēt ipso iure tū requirit citatio anteq̃ pnuncietur pena esse cōmissaz. q̃ pōt subesse legitima defensio de preben. lz. ii. li. vi. de hereti. cū fm. li. vi. nota. de censi. clemen. presenti. in glo. pte. quo tū ad penā que ꝓponit ipso iure. ad hoc vt incurrat ꝓcedit distinctio an pena ꝓponat facienti an omittenti. vt in primo casu ipso iure incurrat. secundo nō nisi certū tp̃s infra qđ fieri dz sit a iure statutū. pro hoc qđ no. Jnno. notabiliter de preben. exturpande. §. qui vero. qđ dixi vt ibi dixi. Dicat pau. q̃ is cui ꝙceditur licentia supplendi hoc poterit sine auctoritate alicui⁹. lxv. di. si forte. ¶ Undecimo quero q̃ dicit pōtificatus honorē ⁊ nō dicit ordinē an pontificatus .i. ep̃atus sit ordo? q̃ non v̄ hic ter. q̃ hic vocat honor in verbo honorem. ⁊ j. in. v̄. q̃ si in verbo honore. pro hoc de epo qui renun. epis. c. i. vbi ēt dicat honor. Jtē q̃ alicubi dicat dignitas vt hic ibi pontificalis dignitatis. Jn ꝯrū. xxi. di clerof. xciii. di. diaconos. lxxxix. di. cum in pretorio. dicit Laud. q̃ inq̃tum ordo accipitur pro officio quod hz eps qui hz sacrare ꝓsbyteros qui sunt duces in corpore mystico. i. ad consiciendū eucharistiā. de sum. tri. c. i. in fi. Jtem ⁊ alios sacros ordines confert episcopatus dicitur sacer ordo q̃ per ipsum facit episcopus sacros actus. de elec. q̃ sicut. §. preterea. Si aūt ordo accipit pro sacro ep̃atus nō ē ordo. sed q̃tuor minores ⁊ tres maiores sūt ordines. excludit ergo Laud. psalmistatū seu primam tōsurā. ⁊ ponit trīsepem ordines concordantes in hoc theologis dicentibus q̃ episcopatus est quedam preeminentia seu dignitas vel honor. Ego in. c. cum contingat. de eta. ⁊ qua. vbi probatur de psalmistatu q̃ est ordo. dixi considerandū q̃ si ordo accipitur solum qtūs habet respectu ad consiciendum eucharistiā solū septē sunt ordines preter psalmistatū ⁊ episcopatū qui hoc respectu non sunt ordines sed cōsideratis oībus sacris ordines sunt nouē. naz sunt aliqua sacramēta que non exercentur nisi per epm̄: confirmatio in fronte: collatio ordinū. vnde dico ibi q̃ psalmistatus ordo minimus. ⁊ episcopatus est ordo pfectiuus. de quo ibi plen⁹. ¶ Duodecimo quero vnde impediunt isti maxime mendicantes prodesse vt expediret. So. fm Jſdau. hoc ꝓuenit ex ignorātia iuris positiui in exp̃ētia facti. ⁊ quādoq; ab eoꝝ calūmniosa dissolutione. q̃ soluti a laqueo religionis discurrunt vndequaq; xvi. q. i. si cupis. ⁊ tanq̃ deficientes a regula onere dānoso quesito pessimi esse ꝓbāt. facit. xl vii. di. quātūlibet. querunt etiam vicariatus ⁊ officia alioꝝ episcoporuz q̃uis sint episcopi ⁊ maxime habentes latas dioceses ⁊ plurimū symonizare non metuūt hec que dicit Jſdau. ꝓcedūt habito respectu ad uerbū vagationis ⁊ ad verbū religiosos. sed habito respectu ad principalē decisionē. rō est in textu q̃ quia p̃ sunt ecclesie nō habēt clerū neq; pplm nō habēt cui ꝓsint. ¶ Decio ꝗrtio q̃ro q̃ pēa sit religiosi vagāti extra religionē. dic q̃ ē excōica tus si sine licentia prelati discurrit per curias ꝓncipū. j. de sta. ho. cle. i. ⁊ ꝑ eū dz ꝓcedi. vt ibi in. §. q̃ vero. ¶ Decimoquarto quero an cle. hec hz locum in non religiosis. So. sic. sed maxime in religiosis ꝓbat principū ibi religiosos presertiz. exponendo presertiz ꝓ maxime vt fieri debet per id quod dixi de excep. c. i. ¶ Decimoquinto quero quid de promotis ante hanc cle. Jſdau. dicat in eis nō esse locū huic dispositioni per v̄bū de cetero. ⁊ sic ꝓuisus ante hanc cle. nō incidit in penas de quibus sequit. dic idē si nō esset v̄bū de cetero per. c. ii. de consti. hec tū questio est superflua q̃ nulli tales sunt. ¶ Decimosexto quero quid importat littera cū dicit quātūcunq; dignitate prepollens. glo. in verbo quātūcūq; exp̃sit qđ hoc dicit ꝓpter patriarchas. s. quatuor principales qui habent priuilegia similia cum dño papa. xxii di. renouantes. in auc. de ec. titu. §. i. coll. ix. pro hoc. iii. q. v. q̃. Jſdau. videtur dicere q̃ hoc cōprehendit etiam laicos habentem ptātem prouidendi ex priuilegio pro hoc quod not. x. di. imperium. lxiii. di. adrianus. xvi. q. vii. in summa. ⁊ idē dic generaliter de quocunq; circa papā nō habentem spāles ptātem vt exp̃imit littera. ⁊ itellige spēalem .i. contra hanc dispositionē vt sentit glo. in verbo speciali. non tamē est necesse quod de hac cle. fiat mentio. quia non habet clausulam derogatoriā. pro hoc qđ no. ō reserip. nōnulli. de sta. mo. ex parte. Et dicit Jſdau. in verbo prouideat. q̃ licet ex hoc videatur q̃ eligere possint hi ad quos. de preben. cum in illis. li. vi. ꝯrium tamen putat. ⁊ sic intellige verbū prouideat generaliter vt etiam cōprehēdat electionē. ⁊ quēcūq; modū reformandi ecclesiam. ¶ Decimoseptimo quero q̃ dicit subditis christianis an sufficit q̃ sint duo subditi christiani? videt q̃ sic. per regulā pluralis li. vi. Jſdau. ⁊tra quia premisit de populo ad quē faciendū requirūt ad minus decez. ff. ui borap. l. pretor. x. q. iii. vnio. pro hoc qđ no. de elect. c. i.

§ · Nullus Nota q̃ religiosus non debet consentire electioni sine licentia prelati ꝓ hoc. c. ti. si religiosus. li. vi. hoc aūt casu etiā cū licentia ꝙsentire non pōt. vt no. j. in. v̄. se. in gl. etiā. Quero quid si prelatus etiā licentiat ⁊tra hoc preceptū. dicit glo. q̃ puniet̄ pena arbitraria ⁊c̄.

Ver · Quod si licētiatus. No. q̃ punit̄ qui permittit se consecrari ex quo infert glos. in verbo permiserit q̃ in absolute coacto cessaret pena quia nec imprimeretur character. ¶ Secundo nota ibi. in religione sua. q̃ non cēsetur prohibitus in aliena. argumē. ff. de penis. l. interpre

tatione regula. in penis. li. vi. iuxta cle. i. ſ. c. Ben. ſed q̃ dicit littere que ſequit ibi vel extra. ¶ Tertio no. q̃ hoc caſu nõ valet ꝙſuetudo ꝛria. ꝛ dicit Lau. q̃ nõ valet q̃ irrationabilis ꝛ eccleſie grauis. de ꝙſue. c. i. ꝛ dicit Ben. per ꝟbũ quacũq; hoc ꝓcedere etiã ſi eſſet conſuetudo de cuius ꝛrio nõ eſſet memoria exquo eſt irrationabilis. de ꝙſue. c. ſi. aut. vt nulli iudi. §. i. colla. ix. ꝛ dicit ſDau. q̃ hic minus põt ꝙſuetudo q̃ priuilegiũ. concor. j. c. ſtatutũ. ¶ Quero numquid ꝓmittentes ſe conſecrari nõ coactu preciſe recipiant characterez. vꝫ q̃ non per litterã que decernit irritũ ꝛ inane. Cõtra riũ ſentit glo. ſtatim inducta exquo dicit tñ de coacto ꝛ expreſſius hoc tenet in verbo vel aliquod. pro hoc q̃ ſacramenta que per ſe ſortiunt effectũ ſicut baptiſmus ꝙfirmatio ꝛ ordo collata etiã ꝙtra preceptũ ſupioris. dum tñ concurrat debita materia ꝛ forma ꝛ intentio agentis pacientis imprimũt characterẽ. de ſacra. vn. c. vno. de bap. maioꝛeſ. de ꝙſe. di. v. man⁹. vbi gl. ꝓ hoc q̃ nõ. ix. q. iii. ordiãtões. i. q. iii. q̃ qdã So. Lau. hoc vltimũ tz ꝛ hoc q̃ñ ordiatio cõpetit alicui ratione ordinis quẽ hz. ſed ſi hoc facit ex mandato ſupioris ſicut papa aliq̃n dedit ſacerdotibus ptãtem confirmandi ĩ frõte. xcv. di. peruenit. lxix. di. c. vno. tunc ꝓhibitus nihil agit ſm Laud. ꝛ idẽ nõ. de ꝙſue. quanto. vel aliter ſm eũ ſi dicimus q̃ tota ptãs quã hz eps vltra preſbyteratũ ſit ſupra corpus myſticũ. ꝛ ad hoc tendat eius effectus ad ponendũ duces. i. ſacerdotes ſupra corpus xp̃i myſticũ ordinando coſdez tũc papa ꝓpter plenitudinẽ ptãtis quã hz ſupra corpus xp̃i myſticũ põt ꝓcedere ex certa ſcĩa non habenti hãc ptãtez ſeu officiũ vt poſſit facere. ſicut in. d. c. peruenit. ꝛ cadẽ rõne põt ex toto ꝓhibere. vt in. c. manus. ſecus aũt de illis officijs que habent ſuum effectũ ſuper corꝓre xp̃i mystico ſicut ſunt ſacerdotes. de hoc diximus plenius in. d. c. quanto. nã ꝙſiderata generali ptãte videret dicendũ q̃ clauſula decreti oĩno irritet alias videret fruſtra apposita. ſed tñ non eſt fruſtra q̃ dato q̃ teneat ordinatio quo ad effectũ habetur pro non ordinato Ad predicta eſt preal. glo. hic in verbo vel aliquod. que tenz q̃ tenet ordiatio quo ad impreſſionẽ characteris. ꝛ dicit quo ad aliquid clauſula decreti locũ habeat. ꝛ pro hoc ẽt q̃ dicit glo. in verbo honore. ꝛ idẽ ſDau. qui dicit q̃ iſte erit epus nullius epatus ꝛ erit ſine executione. ꝛ ſic minus poterit q̃ alter eps nullius epatus. pro hoc de ordi. ab epo qui renũ. epa. c. i. dicit etiã q̃ ſi epatus ad quem conſecrat nõ eſſet in rerũ natura tenet ꝙſecratio quo ad characterẽ. ſufficit. n. q̃ eſt ꝙſecratus quo ad eccleſiã generalẽ que eſt vnica. xxiii. q. i. loquit. ꝛ. c. dicimus. iiii. q. v. quiſquis de translat. inter. in fi. ꝛ q̃ nõ. in. d. c. manuſ. ¶ Secundo quero ſi ꝙſecratus ꝓ hãc cle. agit noĩe eccleſie ꝛ opponit ꝓ eũ de hac cle. videt q̃ nõ ſit audiendus agens q̃ infertur nullitas tituli. nec pdeſt poſſeſſio ꝛ talis nullitas opponi põt etiã agenti poſſeſſorio vti poſſidetis. ff. q̃ vi aut clam. l. i. Cui etiaz obſtat exceptio q̃ vi clam vel precario poſſidet. d. l. i. ſic ꝛ in cã liberali opponit q̃ fuit ſeruus. C. de ꝛ. cog. l. i. ii. ꝛ iii. Sic etiam petenti hereditatẽ obſtat exceptio q̃ non ſit filius vel heres. C. quoz bonoꝛũ. l. i. poteſt ergo excipi etiã ante litẽ ꝙteſt. ſicut opponitur exceptio falſi, procuratoris. C. de procu. l. hz. tali. n. ſolui nõ põt tanq̃ intruſo. de quo in. c. in lris. de reſti. ſpol. Itẽ prelatus agit noĩe eccleſie tanq̃ ꝓcur. de dona. c. ii. non ergo admittatur niſi doceat ſe legitime ordinatũ de ꝓcu. c. i. ſicut tutoꝛ dz ſe oſtendere legitimũ adminiſtratorẽ. C. de tutore que non ſatiſdedit. l. ſi. C. ar. tu. l. ſi. Idem in ſindico actore ꝛ economo. ff. q̃ cuiuſ. vniuerſi. l. nulli. Cõpo. in. c. nihil. eo. ti. ꝛ ſDau. hic refert ꝛ diſtinguit. aut aliqs agit nomĩe ſuo vt petendo hereditatẽ etiã ſi agat iure ceſſo. ꝛ talis nõ hz docere ꝛ ſuo iure ante litẽ ꝙteſtatã ſicut agens rei vẽdicatione nõ oſtẽdit ſe dñm ante litẽ ꝙteſtatã. de lit. ꝙte. c. i. li. vi. ꝛ ad. l. primã ff. fam. her. que dicit q̃ obſtat exceptio. tu nõ es heres. Rñdet q̃ ibi ſpãle. ne fiat preiudiciũ hereditatis petitioni que ꝛ ſui natura dz precedere. ꝛ idem in alijs preiudicialib⁹ que de ſui natura debent precedere vt ſi dicatur ſeruus vel filius. C. de ꝛ. cog. l. i. ꝛ. ii. inſti. de ac. §. preiudiciales. ꝛ iſte ꝓponũtur ante lit. ꝙteſ. C. de adul. qñ. q̃ dz oſtendere de ſuo mandato preterq̃ in prelato ſm quoſdam. Alij diſtinguunt an opponatur. tu non es prelatus ꝛ non admittit. an dicatur tu nõ es prelatus nec heres pro prelato. nec es in poſſeſſione prelationis. ꝛ admittit. ꝛ hoc tenet Cõpo. in. c. nihil. ꝛ Spe. de actore. v. ſed pone. ꝛ Archi. xii. q. ii. alienationes. xlii. di. quieſcamus. Idem dicit Cõpo. ſi excipit de tali facto per quod apparet eũ legitime cõfirmatũ vt ſi dicat intruſus per ſupioꝛes vel potentiã laicalẽ. ꝛ ſic dicat q̃ potuit intruſi ꝛ poſtea confirmari. Reſpondet q̃ ꝓbatio intruſionis transfert ĩ eũ onus probandi vt cc. bene. c. i. per hoc dicit ſDau. q̃ in caſu noſtro obſtat exceptio. q̃ ſi eccleſia non hz clerum neq; populum poteſt hoc indirecte ꝛ ea ꝓbata conſtat iſtũ nõ eſſe prelatũ nec in poſſeſſione prelature q̃ eſt verum q̃ nõ eſt quid poſſideat nec poſſet doceri per aliquod exercitũ ꝺ quaſi poſſeſſione per modos de quibus diximus poſt Inno. de reſti. ſpo. in litteris. ¶ Tertio quero q̃ hic dicit q̃ ſi ꝓmotus remanet ſub ſuo prelato. que eſt ratio dicit ſDau. q̃ eſt vt vacent beneficia ꝓmoti in epm̃ duo requirunt. poſſeſſionis pacifice adeptio ꝛ ꝙſecratio. c. ti. cũ in cunctis. xcii. di. ſi qui epi. ꝛ. c. p̃cedenti. ſed iſte non hz poſſeſſionem nec habere põt. Et hoc infert q̃ ſi erat abbas non deſinit eſſe abbas. q̃uis enim remanet ſine ſpe ꝓmotionis quo ad alia beneficia vt hic dicitur non tamen ꝓmatur beneficio quod ꝓius habebat. ſed per ſuperiorem poſſet ꝓmari ꝓpter tale delictũ. j. de regul. cle. vt profeſſores. Idem dicit ſDau. de clerico ſeculari recipiẽte talẽ epatum q̃ prioza beneficia non perdit. q̃ poſſeſſionez epatus non hz nec habere poteſt adeo q̃ etiam ſi infideles admitterent eum ad poſſeſſionez non per hoc dicitur adeptus poſſeſſionẽ. q̃ nec tenet prouiſio exquo nõ eſt ibi clerus nec populus xp̃ianus vt hic. ¶ Opp. ad predicta de preben. ſi beneficia. li. vi. So. ſDau. q̃ ibi de eo cuius beneficia q̃ ſpõte dimiſit vt acceptaret alia non ſibi debita alteri ſunt collata. ꝛ idem eſſet ſi iſte conſentiret q̃ prima beneficia conferentur. q̃ hoc poteſt etiã anteq̃ vacent ꝛ ante adeptã poſſeſſionẽ eo caſu quo poteſt acquiri: vt. ſ. ti. i. cum in cunctis. ꝛ proſequitur ſDau. in hoc quedam alia que no. in. d. c. cũ in cunctis. Alibi vꝫ verius q̃ perdat prima beneficia dũmodo faciat in tali epatu aliquid habens ſimile adeptioni poſſeſſionis vt ſi intronizatur in ſede epali. nõ. n. eſt verũ q̃ non poſſit acquiri poſſeſſio exquo non hz clerũ neq; pplm. q̃ imo põt modo premiſſo. ꝛ ſic hz generalis ꝙſuetudo prout dicit Inno. in. c. in litteris. de reſti. ſpol. Item preſuppoſito q̃ eccleſia talis nõ haberet locũ vbi fieret intronizatio dũ tñ fiat aliqd ſimile põt idem dici ne ſit melioris conditionis iſte contumax q̃ obediens de preben. eũ qui. li. vi. nec obſtat qđ no. de elec. cõmiſſa. li. vi. in glo. quid ſi. vbi dicit q̃ dicit adeptus poſſeſſionem cũ hz liberũ cure exercitũ. qđ hic habere non põt cum nulla ſit talis cura. illud. n. ꝓcedit in eccleſia habente curã de facto. Infert ãt ſDau. p̃ dicta ad qõnẽ ſequẽtẽ. ¶ Quarto quero circa predicta de promoto in curia vbi vacẽt ſua beneficia. So. ſDau. recitat opi. Archi. quã reprobat ꝛ per oia idem dicit prout dicit glo. j. vt lite nõ ꝙteſta. cle. i.

Quod circa. Breue ꝛ vtile vt dic̃ gl. i. ſed materiam hz intricatam. vt patet ex glo. magna ſed per ſingula declarabitur. cõiter nõ ſummat̃ q̃ breue. ſed p alia verba que dicit. c. quoꝛũdam. eo. t. li. vi. quo ad diſcordiam ꝛ minoꝛitatem numeri. intelligitur quo ad voces facti non ſm fictionez. non diuidit q̃ continet vnũ ſtructũ. pone caſũ per id quod dicit glo. iii. ꝛ iiii. ¶ Nota electio dicitur actiue ꝛ paſſiue. pro hoc glo. ii. que hic dicit intelligi de paſſiua. ꝛ idem ſDau. pro hoc quod no. eo. ti. illa. ꝛ probatur de cle. ex. mi. c. fi. ¶ Secundo no. pro allegatione generali. ibi. bo ni ſaciana conſtitutione. alibi pro ſpeciali. ſ. ea. clem̃. conſtitutionem. in prin. vbi de hoc dixi in. i. notabili. ꝛ in. ꝺ. ꝛ. ii. ꝓno. ¶ Tertio nota caſum in vno conſideraũ factũ ꝛ non iuſ. ſimile. de ſpon. cõmiſſum. vbi ſufficit matrimonium contrahi q̃uis ſit cariturum effectu. ſed melius ad hoc. ff. ad tre. l. heredibus. §. fi. ſic etiam ſufficit conditionẽ impleri de facto. ff. de condi. inſti. l. mulier. de ſta. libe. l. ſtichus. ſup quo remittit Ben. ad nota per Cy. C. de proba. l. ſiue poſſidetis ¶ Quarto nota q̃ fictio eſt iuris effectus. qđ dico. j. q. xv. ¶ Quinto no. caſum in quo computãtur voces in electõe que tamen de iure non valent. ꝛ eſt caſus ſpecialis quo ad. c. quoꝛũdam. in duobus caſibus ibi poſitis. ꝛ hic licet breuiter enũeratis. Itẽ ꝛ quo ad. c. idẽnitatibus. §. ſane. alꝫ regulariť ꝓ. c. ti.. ſi qñ. li. vi. ¶ Venio ad materiam ꝛ primo expediã materiam ſpecialem huius. c. ſecundo materiam fictionum. Circa primum primo querendũ eſſet de exemplis huius. c. ſed q̃ glo. magna in prin. hoc querit reſeruo ad queſtionez. vi. ſequendo ordinẽ gloſaz ꝛ textus. ¶ Quero primo quia dicit religioſoꝛũ de quibus religioſis loquat. So. patet ex. c quoꝛũdam. ꝛ ex eo q̃ dicitur in gloſ. iii. ꝛ iiii. ¶ Secundo quero q̃ dicit electiones. quid de poſtulationibus puiſioni-

tor. vt in gne. vt cleri. apud ppm. epis. ⁊ de san. epis. per totuꝫ. colla. ix. ⁊ hoc approbãte papa qui etiam sine ꝯsensu impera toris per suas ꝯstitutiones hoc facere potuit: cuꝫ clerici sint res spiales ⁊ ex toto corpus ⁊ animã dederint vt seruituꝫ ⁊ sortem christi. xi. q. i. c. iii. x. di. imperium. ⁊. c. suscipitis. Ex hoc ifert qꝺ e priuilegio clericali iudicãdũ est sm canones tñ cum illius sit interpretari cuius est cõdere. de sen. excom. in ter alia. ⁊ sic nec legi principis nec statutis seu consuetudi nibus laicorum est in aliquo standum super hoc: sed solis cano nibus pape vel episcoporum in his in quibus papa nõ statu it cõtrarium. ¶ Op. ad predicta de notatis per Innocẽ. de sen. excõ. vt fame. vbi dicit q᷑ creditor potest capere clericum de cuius fuga timet absq᷑ pena excõicationis. pro hoc. ff. que in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitorẽ. de furtis. l. respicien dum. §. furta. ¶ Op. ad idem de notatis per gl. de iudi. cuꝫ nõ ab homine. que dicit q᷑ per. xx. horas potest detineri cler icus inuẽtus in aliquo facinore ad ꝙuendũ testes ne sit lo cus infinationi. in auctẽ. vt liceat ma. ⁊ auie. §. is quoq᷑. col la. vii. ¶ Op. ad idem de notatis per Innocẽ. de foro com pe. verum. vbi dicit dominum feudi laycum posse clericum' p pter crimen expellere de feudo. So. ad hec tria cõtraria dic Laud. standum regule que habet q᷑ nullus citra penam ex communicationis potest in clericũ manus injecere. xvii. q. iii. si quis suadente. cui standum est nisi per aliuꝫ canonem si milis auctoritatis sit reuocatũ. ar. xviii. dis. §. i. Ex his videt velle q᷑ dicta Inno. ⁊ glo. predicta nõ sint vera. ℔ro quo inducit notata per ℔Dosti. in dicto. c. vt fame. Ben. idem te net. Bertrãdus dicit cõtrariũ: q᷑ excõicatio nõ ferẽ sine mor tali. xi. q. iii. nemo. Sed nõ peccat qui uiris auctoritate facit aliquid. xxiii. q. ii. i. qui peccat. C. de adul. l. gracchus. ff. de aequ. posses. l. iuste. Item alias daretur materia auferen di iura aliena ⁊ violentiã inferendi cõtra mentem huius cle. Ad cõtraria respondet q᷑ in casibus superius dictis in cõtra riis ex mente iurium satis est expressum. pro hoc de sent. ex. clericos. li. vi. ⁊ quod no. de sen. ex. nuper. petit tñ Bertrã dus declarationẽ super hoc. Ego aũt inhereo dictis Inno. ⁊ glo. nam de mente. c. si quis suadente. cum generaliter lo quatur nõ põt inferri violatio aliaꝫ dispositionũ factaruꝫ in specie. ff. de penis. l. sanctio legum. regula generi. li. vi. Sed in specie scriptum est id quod dicat Inno. de foro compe. ve rum. ⁊ quod dicunt iura signata pro ꝙtrarius. nec potest dici iniectio manuũ iniuriosa. qõ requirit dictũ. c. si quis suaden te. Item specialiter ad dictũ Inno. in. c. veruꝫ. dico q᷑ non dicit. vt dicit Laud. Sed q᷑ cum clericus vasallus fuerit dã natus a iudice ecclesiastico de crimine proper quod venit pu iendus feudo potest dominus feudi etiam laycus auferre. p velle suo: in quo nõ intelligo q᷑ eiciat de facto contradicentẽ iniciendo in eum manus nisi specialem licentiam iudicis ec clesiastici haberet: quo casu possꝫ. per. c. vt fame. de sen. excõ mu. Item ad dictum Inno. in. d. c. fame. dic q᷑ nõ dicit: vt refert Laud. sed solũ dicit q᷑ clericum suspectũ de fuga pos sunt capere prelati etiam qui alias nõ habent iurisditionem vel socij ⁊ p̃sentare iudici. quod venit ad id quod dicit gl. pre alle. c. cum non ab homine. que etiam non dicit vt eaꝫ refert Laud. tamẽ puto verũ q᷑ creditor possit capere debitorem fugientem etiam clericum. per dictũ. §. si debitoreꝫ. qõ plen ius diximus in. d. c. cum nõ ab homine. ¶ Secundo quero in eo quod dicit hic de enormibus: numquid simplex fornicatio cle rici sufficiat vt possit depon'? videtur q᷑ sic. per. c. apostolus. lxxxi. di. xxi. q. iii. meretrices. xxvii. q. i. vt lex. Sol. ℔Bar tho. bar. lxxxi. di. maximianus. dicit q᷑ nõ. cum pauci sine il lo crimine inueniunt. l. di. quia tua. ℑdeꝫ glos. ⁊ Laud. u. q. vii. latoꝝ. ⁊ Sos. de vi. ⁊ ho. cler. vt clericorum. ad hoc. x xxiii. di. fraternitatis. lxxi. dis. presbyter. i. q. vii. si quis om neꝫ. ℔Dan. dicit hoc posse esse veruꝫ qñ cõmittit simplex for nicatio: sed nõ põt esse simplex in cõstituto in sacris. dic q᷑ de rigore iuris procedit q᷑ ꝺz depon per. c. matrimonium. sꝫ de misericordia nõ deponitur si penitet. per. c. fraternitatis. ta men a beneficio remouentur clerici concubinarij per constit utiones synodales in pluribus locis. ¶ Tertio quero qua generaliter dicit ad eos spectare correctionẽ clericorum: nũ quid etiam exemptoꝝ delinquentium in suo territorio? ⁊ p̃ supposito q᷑ sint exempti cõtra. c. i. de priuile. li. vi. i. q᷑ ratiõe deliciꝰ nõ fortiant forũ. Lau. dicit q᷑ multi in hoc multa scri pserunt: maxime ℔Dostien. in summa de priuile. §. fi. ⁊ Jo. mo. de priuile. eporum. li. vi. de quo etiam no. de priui. tua rum. Tamen quia sm Laud. duo sunt hodie genera cleri corum qui quãplurimuꝫ scandalisant ecclesiam. scilicet abu sores Iraruꝫ sedis apostolice. puta iudices executores ⁊ impe trantes. Item exempti ⁊ potissime religiosi mendicantes ⁊ nõ mendicantes. Ideo queritur an in aliquem de predictis si notorie delinquunt possint ordinarij animaduertere. Unde ponit q᷑ delegatꝰ citat expresse ꝯ tenorẽ. c. statutũ. de rescrip. li. vi. de quo certũ est ordinario q᷑ nullũ est qõ facit. vel pone q᷑ fratres predicatores vel minores grauant notorie prelha les ecclesias in retinendo portionẽ eis debitã. in xta cle. dudũ ꝯ. de sepulturis quid poterunt epi contra tales procedere? vide tur q᷑ nõ. ff. de of. dele. si quãdo. ⁊. c. pastoralis. de offi. lega. studuisti. de iudi. cum venissent. Contrariũ tenet Laud. di cens q᷑ epus põt ex officio declarare talia nõ posse vel debere fieri: ⁊ hoc palam intimare tam suis subditis q᷑ aliis: ⁊ p̃ conseqens saltẽ indirecte de lris papalibꝰ. de potestate ⁊ gratia per eas data tam de iudicibus q᷑ de exemptis iudicare. quod probat: q᷑ iura essent frustra nisi essent tuẽtes ⁊ tales ordinarij in suis dyocesibus. de sen. excom. nuper. xviii. di. per totuꝫ. Et potest epus declarare quod dictuꝫ est: quia iura dicunt q᷑ vbicunq᷑ contendit an aliquid fieri debeat vel possit de iure põt administrator iurisdictionẽ hoc declarare. de ꝓsue. cũ iter. vbi di cit Innõ. q᷑ ex quo consuetudo mala est notoria ad officium papæ: ⁊ sic etiaꝫ cuilibet ordinarij spectat eam extirpare. p hoc quia crimina vindicunq᷑ clarueriꝫ. xxiii. q. iii. ecce. de his quoꝝ fiunt a prela. quanto. de fil. presbyte. quoniã. vbi dicatur idem esse etiam si factum non sit notorium dummo do possit esse notoriũ. pro ℔ quod no. Innocẽ. de offi. vica. c. i. vbi dicit q᷑ si aliquis exponit coram superiore aliquam in eptitudinẽ notoriaꝫ: vt forte in libello vel aliter vel ẽt aliquã incompassibilitatẽ quæ nõ potest tolerari de iure: vt si detinens aliquam ecclesiam petit aliam: debet superior ex officio suo talia extirpare ⁊ rumpere. ff. si mensor falsum mo. dixerit. l. i. maxime si in principio cause cognouerit ineptitudinẽ libelli: quia tunc debet lacerare libellum. ff. de asses. l. i. de iu di. examinata. vbi de hoc per Innocẽ. ⁊ ibi dixi. potest ergo dyocesanus dicere litteras papales obstare vel non. ar. de in strum. accepimus. non enim debet permittere nocẽtes pau legis aliquibus vti. in auctẽ. de man. §. non permittas. colla. iii. Item nõ ꝺz permittere preses prouincie delegatos a p̃ cipe aliter vti sua potestate q᷑ in suis litteris continetur. Et si formã eaꝫ excedant potest in eos animaduertere. in auctẽ. vt iudi. sine quo suffra. §. volumus. xcii. di. nobilissimus. C. de ac. emp. l. quicunq᷑. de offi. del. cum in iure. de rescrip. cũ contingat. Itez obligatio que de iure cõmuni ⁊ naturali est de subditis ad episcopum remanet etiam in priuilegiatis: q᷑ que de iure naturali sunt non possunt omnino tolli. insti. de legiti. agna. tute. in fi. s. cui etiam remanet illegitimitas in il legitimis legitimatis in sua natura. de fil. presbyte. c. i. ⁊. ii. li. vi. Sed tollitur quo ad quid sit vt ibi. pro hoc q᷑ priuilegiũ eximens a iurisdictione ordinarij eximit solum in eo q᷑ exi mit nõ vltra. de consan. quod dilectio. de dec. ad audientiã. sed papa nõ priuilegiat in delictis ergo remanent sub ordina rio. Concludit q᷑ in his que sunt iuris regulariter inde⁊ sup pletex officio per superius dicta. ⁊ de of. iudi. per totum.

Item etiam in his que sunt facti si tangunt ius ecclesiarum puta electionũ alienationũ vel similium. de postul. prela. bo ne. i. de elec. nosti. de cle. conuiga. diuersis. In aliis autez q᷑ sunt publici iudicii vel iuris ⁊ vtilitatis multũ exuberat iudi cis officiũ. i. di. ius publicũ. ⁊ qõ no. ℔Dosti. in. d. c. i. de offi. vica. Itẽ ẽt si factũ est notum vt iudici. C. de temp. app. l. ii. §. vlti. no. glo. ii. q. i. quando aũt. idez etiam si sit adeo noto riuꝫ q᷑ non possit nõ esse notoriũ in aliis nõ supplet regulari ter de facto. de quo in dicto. c. bone. ⁊ melius. xxviii. di. pi usq᷑. hec opi. habet equitatem sumaꝫ quando superior talẽ exemptorum monitus per ordinarium non corrigit. Sed anteq᷑ moneatur nullatenus ꝓcedit: cum nõ debeant ꝓfũdi iurisditiones. Item ⁊ post monitionem de iuris rigore non ꝓcedit dicta opi. cuꝫ oporteat stari verbis priuilegij. si ergo exprimit q᷑ etiã ratione delicti in territorio ordinarij cõmissi nõ possit ordinarius cognoscere: opus est vt conqueraꝫ pa pe: qui proindeat cum stari oporteat priuilegio. de priuil. por ro. ⁊. c. recepimus. vnde glo. in cle. dudũ. ꝓalle. §. verũ. ℣. vltra portionẽ. in verbo coherceri. dicit q᷑ propter exemptio nes clerus nõ potest super quarta consequi iustitiaꝫ: ⁊ sic sen tit contra. Laud. ⁊ ob hoc impetrant episcopi ⁊ clerus conser uatores habentes iurisdictionẽ super tales. pro Laud. facit q᷑ priuilegiũ meretur amittere ꝛc. de dec. suggestũ. Sed

respondeo q̄ iudiciū nō ptinet ordinariis: in hoc tñ puto q̄ in defectu iusticie seruanda foret opi. Laud. finge enim difficilem ⁊ periculosum esse accessum ad papam: vt de facto fuit non est multū. Et finge q̄ tales exempti oppriumunt clerum in denegando quartam vel quid simile. tunc. n. dz licere cuilibet dicere sibi ius auctoritate ppria. per quod no. Inn. de resti. spol. olim. i. Est ⁊ alius modus vt eōs subtrahant sibi subsidia reuocando casus episcopales quos aliquibus concedunt in penitentia. Item precipiendo populis vt non accedant ad eos donec desiterint ⁊ sic indirecte coherceantur. ar. de deci. de terris. de vsur. post miserabilē. ¶ Quarto q̄ro in eo q̄ hic mandat eōs vt corrigant excessus subditorum quando possit superior procedere inquirendo de criminibus clericorum. Laud. distinguit: quia aut queritur de papa aut de alio. primo casu dic q̄ indistincte q̄cunq̄ ⁊ quantūcunq̄ et quotiēscunq̄ sibi videtur maxime vbi inquirit de iuribus ecclesiarum. de testi. cū olim. vt eccle. benefi. c. vno. in prin. ⁊ ibi per Hos. vel super peccato. de iu. nouit. Si de alio aut vult inquirere de specialiter tangentibus ptem aut de alijs. primo casu non potest: quia actionibus competentibus vtendum est. de libel. obla. per totum. nisi ob fraudez rei sit actor. imposituri silentiū maxime si sit casus in quo peccatū notorie cōmittitur sicut in retentiōe vsuraꝝ vel impedimēto executionis testamenti q̄ talia spectant ad ecclesiam maxime si actor iurauit nō agere. Sic itelligit de iureur. ad nostram. ii. fm Laud. Sed dic q̄ isti casus nō ppie excipiuntur quia nō fit inquisitio ad cōmodum partis sed ad interesse publicū vt dicit. Inno. in dicto. c. ad nostram. Si de alijs: aut volūt inquirere de iure tangente principem: ⁊ hoc possūt. C. de bonis vac. l. i. ⁊ vlt. li. x. aut volunt tendere ad puniendā crimina ⁊ iponendā penam in quo fauetur reipublice. Et aut loquimur in delegato pape aut in ordinario. primo casu oportet q̄ primo sibi constet de infamia vel de tam graui scandalo q̄ generet infamiam. de accu. qualiter. primo. ⁊ hoc nisi a papa reciperet mandatum q̄ statim possit super veritate criminum procedere vt q̄ pape gstitit de infamia. de accu. cum oporteat. vel is contra quem inquiritur renunciauit processui super ifamia. de accu. c. i. ⁊. ii. li. vi. Si de ord. nario: dicit Inno. de accu. qualiter. ii. q̄ siue a pluribus siue ab vno tñ infamia vel potius scandalū gtra aliquez oriatur potest procedere ordinarius ad inquisitionē. ar. ii. q. v. mandasti. quod probat quia eōs potest inducere purgationē respectu sui sibi. ii. q. v. omnibus. in fi. de quo ibi in glo. ergo potest inquirere contra suspectuz. pro hoc quod no. de iureur. ad nfam. i. nam multum exuberat officium ordinarij circa puniendā crimina vt hic. In delegatis autem prout superius dictum est secus quia habent per omnia seruare iura ⁊ stricte procedere nisi aliud in litteris eoꝝ contineat. ar. de Rp. nōnulli. ⁊. c. cām. Laud. Et in eo q̄ō Laud. dicit papā posse procedere indistincte ⁊ sic vult q̄ etiam ad cōmodū partis nō petentis dic verius q̄ sicut ceteri iudices nō debent supplere de facto si nō petit. de postul. bōe. i. ita nec papa: qa quo ad hoc subest eadem ratio in eo q̄ō in alijs. Sed quo ad aliud bene est differentia: q̄ papa nō stringit preceptis iuris licet honestuz sit vt ius obseruet. C. de legi. l. digna vox. de elec. ecclesia. ii. Alij vero precasse stringuntur. de consti. c. i. vñ quo ad vltimum dictū distinctionis precedentis an possit ꝓcedi ꝓpter suspitionem solam ad inquirendū: quo ad papam dicendum est q̄ sic: q̄ nō ligat iuribus: quo ad alios vero ordinarios dic vt in sequēti gtrario. ¶ Op. ad hoc q̄ etiā pape nō liceat ꝓcedere ad inquisitionez nō precedente infamia qd de iure diuino est vt precedat infamia. Gcū. xviii. Descēdā ⁊ videbo si clamorē &c. Luce. xvi. de villico infamato. de quo in. c. q̄liter. ii. de accu. Sol. nō dicitur preceptiue in iure diuino q̄ necessario debeat infamia precedere: sed exemplariter ⁊ sic preceptum vt prius precedat infamia potius est de iure positiuo ad cuius obseruantiā papa nō est astrictus. de prebē. proposuit. de alio aūt ordinario altricatio est: quia vt dixi in fine distinctionis prime. Inno. tenet q̄ si eōs solus habet aliquem suspectuz potest inquirere ⁊ ei purgationem indicere. ꝓ hoc. c. oībus. ⁊. allegatum. in fi. vbi alternatiue dicitur si subditus est suspectus sūo eōo vel alijs purgationē indici posse: et sic ex vi alternatiue sufficit q̄ soli eōo. de rescrip. inter ceteras ⁊ hoc sentit Laud. vt dixi. ⁊. c. q. ⁊ idem Abbathe. Contrarium tenent alij. de quo de offi. ordi. ex parte. de accu. qualiter. ii. vbi de hoc in glo. v. Et vtrobiq̄ dixi. Et dic q̄ stādū est. d. c. qualiter. v. verum. vbi dicitur procedendum ad inquisitionem quando non precessit infamia vel scandalum quod potest dissimulari sine scandalo vel sine periculo tolerari ⁊ sic nō: alias q̄ textus illepoint formā ⁊ modum procedendi ⁊ qñ procedi possit. ad. c. oībus. reñdeo vt dicit ibi glo. exponendo aut ꝓ ⁊. nam sepe alternatiua per copulatiuam exponitur ⁊ econuerso. de rescrip. ex parte. i. vel dic q̄ ibi intelligitur quando subditus est suspectus episcopo tanq̄ prelato q̄ ita debet intelligi nō tanq̄ priuato quia tunc non debet cum pandere. nam neq̄ soli sibi crederetur. vii. q. ii. si tacitum. et c. placuit. de testi. cum a nobis. ⁊ sic si subditus appellaret ab ultratoria redderetur inquisitio ⁊ puniretur eōs inquirēs tā q̄ indebite grauans. ⁊ sic intelligendo. c. oībus. nō probat ō suspitione nō scandalosa q̄ō sufficiat. Nam qñ suspectus est eōo vt prelato seu iudici non potest esse sine scandalo ⁊ hunc intellectum tenemus. Et sic intelligendo saluari potest dictum Inno. alias nō foret verū ⁊ procedunt hec tam quo ad inquisitionem faciendā q̄ quo ad purgationē indicendam. Iz aliqui distinxerint inter hec. vt no. in. d. c. qualiter. Sed nulla ratio sufficiens reddi potest maxime quia deficiens in purgatione punitur vt conuictus quod declarari quomō intelligatur. de accu. accedens. ¶ Op. ad predicta q̄ etiā si eōo tā q̄ prelato subditus sit suspectus si nō est suspectus alijs possit tolerari sine scandalo. nam potest ⁊ dz prelatus nō publicare subditoꝝ crimina. ar. de tē. or. ex tenore. So. ex quo sat vt iudex nō potest sine periculo salutis correctionē obtinere: vt hic. Et sic esset scandalum saltē sibi. Item nō potest scire vt iudex quem sciant ⁊ alij inter quos etiam presuppositio q̄ nōdum surrexit scandalū sufficit q̄ surgere potest ⁊ verisimile est q̄ sic erit si correctio negligeret. ¶ Quinto quero numquid vt procedat ad inquisitionem sufficit inquisitum diffamatū esse apud bonos ⁊ graues viros licet infamia, processerit primo a maliuolis ⁊ vilib⁹. Glo. in. c. cū dilectis. de pur. ca. dicit q̄ sic. quod tenet Laud. dic contra: sicut enim, nō debz hoc casu iudici purgatio. de pur. cano. cuz in iuuentute. Ita nec fieri inquisitio. de accu. qualiter. ii. vbi dicitur fama debere surgere a nō maliuolis sed graubus ⁊ prouidis. nec ura que allegat glo. in dicto. c. cum dilectis. probant illud q̄ō dicit. dic agitur q̄ potius debet superior pronunciare de tali infamia non curandum. Ex hoc enim continget infamiam ortam apud graues extingui foret enim absonum stare fame tali cum facile surgat fama etiam de malo: quia dictuz etiaz a quocunq̄ facile sequit multitudo vt dicitur in. c. cum in iuuentute. prealle. ¶ Sexto quero numquid ꝓbata infamia ꝺ aliquem debet ipse admitti si petierit ad probandum se esse bone fame. Laud. querit sed nō soluit. dic q̄ sic vt tenet Inno. de accusa. cum oporteat. ¶ Septimo quero nūquid lis est contestanda vel alius ordo iudiciarius obseruandus super articulo fame. dicit Laud. q̄ non. cū talia preparatoria summatiz sunt expedienda. ar. s. vt ec. benefi. c. vno. cū ibi notatis. sicut sit in actiōe ad exhibēdū. ff. ad exhi. p totū. pro hoc quod nō. glo. vt lit. nō cōtes. quoniam. §. si super. Et hoc tenet Inno. de spon. cum in tua. vbi dicit q̄ sine ordine iudiciario ⁊ sine testib⁹ pōt quis certiorari de fama. Et quod dicit sine testibus. intellige solēniter ex forma iudicij examinatis. sed bene necesse est q̄ recipiantur per modum summarie cognitionis. vt si negaretur infāmiam precessisse coram iudice posset de hoc per acta doceri. ¶ Octauo quero nūquid cum agitur super veritate criminum debet lis contestari. Glo. vt refert Laud. vbiq̄ dicunt q̄ nō: ⁊ q̄ sufficit articulos ⁊ nomina testium exhiberi iuxta tenorez capituli. qualiter. ii. §. debet. de accusa. Ipse autem Laud. dicat q̄ aut ꝑsens est is contra quez inquiritur: ⁊ seruandus est ordo iudiciarius alias processus nō valet. de pur. cano. cum dilectis. Aut absens per cōtumaciā: ⁊ aut iudex procedit ex officio ⁊ potest lite nō cōtestata procedere. vt lit. nō gtes. quoniam. §. sunt ⁊ alij. Aut ad partis instantiam: ⁊ tūc procedit solum ad ānotationē bonoꝝ. vel aliter prout no. de do. veritatis. ⁊. xi. q. iii. rursus. ⁊. c. quicunq̄. dic melius q̄ quādo ex officio procedit indistincte nō requiritur litis cōtestatio: quia nec est cuz quo cōtestetur nisi improprie quatenus iudex tenet locū partis. dicto. §. sunt ⁊ alij. Sed si ad instantiam aut gtra ꝑsētem ⁊ debet seruari iuris ordo. dicto. c. cum dilectis. ⁊. §. debet. aut contra absentem ⁊ aut nō cōtumacē ⁊ tunc regulariter non ꝓceditur in criminibus. aut cōtumacē: ⁊ procedi pōt nō tantum ad ānotationez sed ad sententiam. dicto. §. dz. et dicto. c. veritatis. ¶ Nono quero si eōs fecit statutum q̄ ad inquisitionē criminū ⁊ penā p̄o eis imponēdā nullo ser-

uato ordine.puta non inquisito prius de infamia.nec tradit capitulis inquisito vel similibus procedere possit vt de facto fecit Batonen.eps vt dicit Laud. Et tunc dicit idē Lau. statutum non tenere siue statuerit q per se vel per vicarium hoc fieri possit.quia per suum statutum non pōt auferre iuris beneficium.de secun.nup.c.fi.nec potest contra canones statuere.xviij.di.in prin. ¶ Pro hoc.ſ.de elec.cle.ii.in prin. vbi dixi in.ii.q. ¶ Decimo quero in eo q dicit subditos cō pescendos a criminibus.qua pena hoc fiet? dicit ¶ Pau. q p depositionem si sunt multum enormia cum in talibus nō di spenset eps.vt no. Inno.de corpo.vicia.c.i. Et Spe.ti.ii.§ nunc de epōrum. v. r. nec in talibus valet compositio qui iu dex inquirat.vt no.v.q.ii.si pamates.in aliis autem excessi bus potest prelatus cōpescere per penam ēt pecuniariam.vt no.xviii.di.quoniam.xxiii.di.quanq̄.xxiii.q.v.circum cel liones.vbi patet q potest verberibus subicere.ad hoc de pe nis licet.xlv.di.cum beatus.xxii.q.v.si quos.v.q.i.c.i.po test etiam in exiliū mittere.de iudi.cum non ab homine.de calump.c.i.in fi.l.di.accedens.de penis.felicis.lib.vi.debet ad hoc solum tendere vt vita hominum corrigatur.xxiii.q.v prodest.que autem sint crimina pro quibus quis debeat de poni.no.lxxxi.di.apostolus. ¶ Undecimo quero nunqd prelati possint corrigere excessus laycorū? videtur q non: q hic dicit de clericis tantum. Inno.de pur.cano.nos inter.te net q laycos non corrigent nisi in criminibus ecclesiasticis. ō quo ibi in glo. Archi.de consue.non est.in glo.eps.li.vi.di cit indistincte fieri posse.pro hoc quod no.de offi.ordi.c.i.in glo.canones dicunt qō tenet hic ¶ Bathe.dicens Aluarus ita tenuisse per.c.v.q.v.illi qui.dicit Ben.q prima opi.pro cedit quo ad penam temporalē alias frustra videretur cōmis sus gladius dño tpali si talem imponerent prelati.tota nāq̄ iurisdictio ad ecclesiaz deuolueretur. fallit rōne pacis.vel iu ramenti vel alterius qualitatis crimis i quo sit speciale vt ec clesia cognoscat.vel quando deficit legis subsidium. Secun da autem opi.procedit quo ad penam spūalem quia de quo libet peccato ꝛc.de iudi.nouit.ꝛ ita'no. Hosti.i dicto.c.nos inter.

¶ Si ab apostolice Valeat col lato beneficii facta a collatore quolibet circa legatum aplicum ēt non facta mentione de beneficio qō prius habe bat is cui fit. ¶ Nota summarium. Et quod dixi de lega to apostolico procedit ex eo ſm Lau.quia si papa vult i suis specialibus executoribus hanc moderationem seruari.de p̄ ben.si motu proprio.li.vi.fortius in legatis: cuz potestas exe cutorum sit maior quo ad sibi cōmissa.de offi.dele.c.ij. Et i collationibus multum est hodie limitata legatorum ptās ō of.lega.c.ii.ꝛ.iii.ꝛ quod ibi no.p hoc quod dico.j.q.xvii. ¶ Secundo no.casum in quo non sufficit mentio generali tatis.quod dic vt in glo.in verbo specialis. Et dico.j.q.xvi. ꝛ.xviii. ¶ Oppo.q collatio facta per legatum aplicum ha benti beneficium de quo non fit mentio non teneat: facta per inferiorem debeat non tenere.quia ptās legati in conferen do prerogatiuam habet super potestatem aliorum inferiorū de preben.si a sede.li.vi. So.hac rōne motus. Archi. in.c. si.de offi.lega.li.vi.stetit contrario Jo.an.ibi tenuit qō hic decidit̄.vt dicitur hic in glo.i. Et tunc ad contrarium dic q rō decidendi quo ad legatum colligitur ex eo qō dixi.ſ.in primo notabili.quo ad inferiores colligitur.j.e.c.q.xvii. ¶ Secundo op.q etiam collatio inferioris facta beneficia to non teneat per.c.ordinarii.in fine.j.c.li.vi. So.vt in glo. vlt. Laud.dicit q hoc dicitur procedere quando is cui con fertur beneficium prius obtinebat vnicum beneficium.ꝛ cō passibile cum secundo alias procedit.c.ordinarii.possunt ta men ſm eum esse plura simplicia inuicem compassibilia. de Rp.gratia.li.vi.ꝛ.ſ.de Rp.clemen.gratie.de quo ibi dixi. Et hoc in effectu recidit in idem cum solutione glo. sed ad huc clarior est solutio glo. Quo autem ad.c. ordinarii.meli9 respondetur per id quod dicit glo.in cle.si plures.j.de p̄bē. ¶ Quero de quo legato hic loquit? Responde vt in glo.ii. q de lagato de latere.idem ¶ Pau.ꝛ Ben.alius enim legat9 non confert sine speciali cōmissiōe.de offi.lega.c.i.ꝛ.ii.li.vi. ¶ Secundo quero siqs habet specialē cōmissionē nunqd i eo erit idem qō in legato de latere: an vero idē quod in aliis ordinariis? quo ad id qō dicitur hic vr̄ q idē quod i aliis ordi nariis. Et pone exemplū per.c.is cui.de preben.li.vi. Contrariū sentit glo.penul.que legatū nō de latere habentē spe cialē cōmissionē cōferendi parificat legato de latere. Sed p prima opinione que placet Lapo ē littera ibi in aliis tamen quibuslibet. Et sic per vniuersalē dispositionē comprehēdit quēlibet extra legatū de latere.sed tenendo secundū expone quibuslibet plātis vel aliis habētibus ptātem conferendi iu re ordinario.vel delegatis ab eis.vt in glo.in verbo habenti bus. Sed delegatus cui spāliter conceditur ptās conferendi nō habet iure ordiario.sed vice sedis aplice.de preben.hi q. ꝛ.c.si aplice.e.li. ¶ Tertio quero que beneficia cōferre pos sint legati de latere. So.omnia non prohibita dū tamen va cent.in nō vacantibus enī solus papa pōt ius tribuere.de ꝛ cess.preben.ppositū.ſm Ben.dic tamē q nō solet tribuere. nam rescriptū cōcessum sup vacaturo nō dat aliquod ius for male ad beneficiū sed potius implorationē officii executoris. vt no.de renū.veniens.ꝛ in dicto.c.proposuit. Quāuis autē legatus non dat ius ad vacaturam potest tñ facere reseruatō nem de vacaturo.de offi.lega.p̄senti.ꝛ.c.deliberatiōe.li.vi. Et dicit q pōt legatus conferre beneficia etiam deuoluta ad sedem aplicam.de preben.venerabilis. vacantia tñ in curia non.de preben.licet.i.li.vi. ¶ Quarto quero an collatio le gati facta motu proprio vicietur ex eo q is cui confert erat be neficiatus. Glo.in verbo facta. dicit q sic.licet Jo.mo.ꝛ Ar chi.de preben.si motu proprio.li.vi.tenuerint contrariuz.vi deamus motiua.pro glo.est qr nō pōt imputari recipienti col lationem.cū ergo sit sine culpa nō debet sine causa puniri.de his que ſi.a ma.par.ca.c.ii.lvi.di.satis puersum.xvi.q.vii.in uentū. Item facti possessio impedit ipetrationem beneficii. de concess.preben.cum nostris.sed collationē nō.de p̄ben.lz .ii.li.vi. ¶ Pro opi.cōtraria est qr.c.collatio.de offi.lega.lib. vi.ꝛ hoc caplm indistincte dicit collationē non tenere. Item quia cessat ratio motus proprii in legato que ē in papa qr pa pa solutus est legibus.de concess.preben.proposuit.sed lega tus non.de cōsti.c.i.de preben.dilectus.i. Itē qcqd facit pa pa motu proprio p̄sumitur rite factū.ꝛ sacrilegium ē disputa re an dignus sit is quē eligit.xvii.q.iii.§.qui autē.qō non cō tingit in īferiore qui debet examiare conditionē ꝛ vitam pro mouendi ꝛ quare pudet exprimere.ad hoc de sacrima.frater natis.l.di.qui in aliquo.liii.di.si seruus. ¶ Pau.qui idneit hec motiua nō ēpisse approbat aliquid sed dicit q potuisset ꝟ decidi si placuisset compilatori potius tamē adheret opi. Jo. an. Lap.hic ꝛ in dic.c.collatio.ꝛ Ben.tenent cum Archi.ꝛ Jo.mo. Et inducit Lap.in dicto.c.collatio.rōnem.quia si cut impetrans qui scit se beneficiatū tenet de beneficio facere mentionem.de rescrip.gratia.li.vi. Ita pari ratione ꝛ lega tus. Et hoc idem tenet hic ¶ Bathe. Sed Stepha.tenet cū Jo.an. Et ad rationem supra factam cum dicitur illud i pa pa qui solutus est legibus. Respondet q nullo iure cauetur q habentibus beneficium aliud conferri non possit. Sed so lum quod ipetrans debet facere de beneficio quod habz mē tionem.hec ratio destruitur per textum hic ꝛ in dicto.c.colla tio. In quibus expresse dicitur collationem non tenere.puto tamē opi. Jo.an.veriorē. Et ad.c.collatio. Et ad istud capi tulum que indistincte loquuntur dico q debent intelligi de collatione facta ad instantiam exquo aliud hic non exprimi tur. Si enim voluisset comprehendere collationem factam motu proprio hoc specialiter expressisset cū i ea sit aliquid spe ciale.dicto.c.si motu proprio. Item nulla ratio sufficiēs red di potest quare vicietur collatio facta motu proprio, vñ opor tet considerari que potuit esse ratio harum decisionum ꝛ nul la sufficiens alia vr̄ nisi ambitio impetrantis tacito de benefi cio quod habet. In conferenti autem nulla ambitio potest notari. Et per hoc non procedit ratio Lapi.qui cōparat gfe rentem impetranti. Si tamen velles defendere aliaz opinio nem posses dicere rōnem propter potestatē lagati restringē dā.per id quod dicit glo.penul.ꝛ sic quando tacet de benefi cio quod illa habet p̄e.sumit nescisse. Et si scisset q non contulisset.pro hoc quod dico.j.q.xvii. Sed hoc non obstan te magis placet opi. Jo.an.per superius dicta.generaliter ät quando teneat ꝛ quando non collatio facta beneficiato.dixi de preben.super iordinata. Et distinguit Lapus in dic.c. collatio.qui etiam hic dicit prouisionē beneficii factam p papam motu proprio beneficiato non habita mentione de be nefio valere.sed factam ad instantiam non valere.dicto.c.si motu proprio.factam vero per legatum neutro casu valere. vt hic in primo responso.ꝛ in dicto.c.collatio. Tu dic idem qō in papa per superius dicta.factam autez ab alio quocūqz dicit Lap.valere per id quod hic dicitur in secundo dicto.ꝛ

de hoc vltimo dic vt dixi.s.q.ii. ¶ Quinto quero circa hoc si legatus nesciat de beneficio qđ habet is cui cõfert? Lap. vi velle q; teneat collatio: dicit enī qđ hic dī in primo dicto ꝓcedere quando legatus vel qui ab eo beneficiatur scit vel scire potest de alio beneficio. per.c. gratia. prealle. Sed ꝓ id quod dixi in.q. p̄cedēti nō videt in legato ponderādo scia ul' ignorantia cum i eo non possit attendi ambitio qđ est verius.

¶ Sexto quero an collatio legati facta extra prouinciā sibi decretam valeat? Glo. in.c. nouit. de offi. leg. Et Inn. ⁊ Host. ibi dicunt q; sic. ad hoc quia locus non est de substantia. ꝺ ap. qua fronte. ſ Dico hoc ēt de concess. preben. post electionē ſ Dau. hic dicit. c. post electionē. non posse ad hoc allegari cū illa pars q̄ ꝺ dicebat sit decisa. tenet tamē cū p̄dictis intelligendo q; tali modo sit extra prouinciam q; legationis officiū non sit extinctum. Si enim foret extinctum non posset. ꝺ offi. lega. presenti. li. vi. quod declara vt dixi in dicto. c. nouit.

¶ Septimo quero nunquid quod dī hic de collatione procedit in alia dispositione super beneficio. dicit ſ Dau. q; procedit in dispensatione. de preben. non potest. lib. vi. Et in eo qui obtinet confirmationē specialē iuris canonicalis sibi acquisiti ex collatione capituli. nam p confirmationē censetur apostolicus. facit qđ no. Inno. i. c. cum iter. i. de elec. ⁊. c. nisi essent de preben. ⁊ no. de confir. vti. vel muti. c. ad nostram apostolicus. vel auctoritate legati receptus fm Archi. qui hoc tenz i. c. si motu proprio. de preben. li. vi. Et quo ad hoc vltimuz de cōfirmatōne. idem hic Abbathe. ¶ Octauo q̄ro i eo q; dicit beneficiū de quali benefio debet itelligi? glo. i verbo būficium. dicit de quantūcunq; modico. idem ſ Dau. ꝓ hoc. c. non potest. de p̄ben. li. vi. ¶ Nono quero si habet possessionem seu pensionē ab ecclesia nunqd ipetrans debet de ea facere mentionem? vi q; sic: quia beneficium est omne qđ grat⁹ ⁊ liberaliter cōfertur ⁊ talis est illa possessio. xvi. q. i. possessiones. i. q. iii. ex multis. Contrarium tenet ſ Dau. ⁊ Ben. cuz non det i titulum sed i stipendium. vnde etiam laycus cōcedi posset. vt no. Lau. in dicto. c. possessiões. ⁊ pueris. vt no. Vincen. de p̄ben. super ordinata. ⁊ Archi. in dicto. c. si motu proprio. de quo dixi de rescrip. postulasti. ⁊. c. ad audiētiā. ij. ¶ Decimo quero si habet hospitale qđ non erat solitum conferri in beneficium fm formā clemē. q; contigit. de reli. do. dicit ſ Dau. idē. s. non esse opus de ipso fieri mentionez. ¶ Undecimo quero si hēbat p̄stimonias? dicit ſ Dauī. eo se cus qđ tenet Archi. de preben. non pōt. li. vi. In talibus enī non ꝑsone habilitas sed veritatis suppressio vel falsitatis expressio attenditur. fm Host. qui hoc notauit de rescrip. postulasti. de quo ibi dixi ⁊ tenui q; etiam de istis nō oportet fieri mentionem nisi ueniat tanq̄ emolumētum surgēs ex titulo beneficii. pro hoc quod dixi in duabus proximis questionibus. ¶ Duodecimo quero si dixit se nondū assecutuz beneficium cum haberet litteras super impetratiõe? dicit Abbathe. per hoc nō cōmitti obreptionē. qđ tenet Archi. in dicto c. si motu proprio. Jo. an. in regula. ignorātia. li. vi. tenet cōtrarium qđ est verius. vt dixi de rescrip. in nostra. ¶ Tredecimo quero in eo q; dicit faciendā specialē mentionē quid requiritur vt sit spālis? So. vt i glo. i verbo spālis. ⁊ pro hoc qđ no. in Spe. ti. ii. §. videdū restat. v. sed nūquid nocet. Et ibi de hoc i additione. dicit Lap. q; debet esse spālis. i. expressa. similis expositō. de re. eccle. non alie. hac consultissima. li. vi. ¶ Quartodecimo quero qualis debet esse exp̄ssio? dicit Lau. q; debet esse facta nominatim exprimendo beneficiuz ⁊ eius circumstantias ⁊ conditionē ⁊ omnia que possent mouere p̄cipē ad facilius concedendā vel negandam gr̄am. ⁊ q; non sufficeret generalis. ar. de dolo. c. ii. de re iudi. iter. Et qđ ibi no. de Ap. super litteris. cū similibus. Et est speciale fm eum in impetratione beneficiorū. q; cū ex ambitione procedat strictē interpretatur. de p̄ben. quāuis. i. li. vi. Naz alia ea que facit legatus late iterpretanda sunt. de offi. lega. legatos. li. vi. de regu. iur. odia. li. vi. ſ Dico hoc sentit Lau. d. c. ſ procedere in collatione facta ad instantiam non autem si motu proprio. de quo dic vt. s. q. iiii. ¶ Quintodecimo quero si patronus p̄sentat beneficiatū curatum ad aliud curatum? dicit Lau. q; istitutio de tali facta per ep̄m tenet lz post adeptam possessionē vacet primum ipso iure. de p̄ben. de multa. s. de offi. vica. clemē. vna. hoc etiam tenet glo. hic in verbo collationē. dicens q; de electione vel presentatione nō dubitabatur. q; pendet ex officio cōfirmatoris. quasi dicat q; p eas non acquritur plenū ius i beneficio. Et ideo multo fortius debet tenere ex quo tenet collatio que dat plenū ius. habz enim vim electionis ⁊ confirmationis. de preben. cuz in illis li. vi. Et no. Inno. de cau. pos. cū oli. ¶ Sextodecimo quero quos collatores comprehendit textus sub illis verbis q; buslibet beneficio; collationem habentibus. soluūt. Lau. ⁊ Ben. q; oēs siue sint singulares p̄lati. siue collegia. de his q; fi. a prela. ea nosc̄tur. de cōcess. preben. c. ii. de symo. ex insinuatione. glo. aūt in verbo habentibus. adhuc plenius exprimit ꝺ eo q; dicit siue sint ordinarii siue delegati ab eis qđ declarauit. s. i. ii. q. ⁊ itellige semp excepto sedis apostolice legato vt i textu. ¶ Decimoseptimo. quero que fuit rō decidendi diuersimode ⁊ p̄uilegiandi plenius iferiores a papa ⁊ eius legato Gl. i verbo volumus. reddit rōnem. quia ptās legato rū sedis apostolice siue sint de latere siue alii legati ex speciali cōmissione habentes conferre est extraordinaria ⁊ supindicta seu supindicta vltra collatores ordinarios ideo restringēda. Collatorum āt ordinario; potestas ē naturalis ⁊ ampliāda qđ no. lz enim legati habeāt ordinariā. de offi. lega. c. i. ⁊. ii. li. vi. tamē vt ex hac singulari gl. colligit ē ordinaria potestas sed non ordinario modo. Et per hoc habes singulariē notare q; non oīs ptās ordinaria est fauorabilis ⁊ ampliāda. Sed illa proprie fauorabilis est que est perpetua vt patriarchaz. archiep̄orum. ep̄oz ⁊ similium. per hoc multe notabiles questiones decidi possent. p predictis inducit glo. silēm dī̄am ex. c. statutum. de rescrip. li. vi. de quo ibi no. in gl. qđ de ordinariis. Item no. equipationē gloſe inter legatos de latere ⁊ alios non de latere habentes conferre ex speciali cōmissione. pro hoc qđ dixi. s. q. ii. Et quo ad hanc. q. Laud. ⁊ Ben. assignāt aliam rōnem. q; ordinarii sunt magis deliberati ⁊ certi in modicis ⁊ certis beneficiis que dispositionez suam spectant q̄ papa in beneficiis totius orbis vel legatus totius siue prouincie. ar. xvi. di. quod dicitis. de p̄sump. quosdam. Et hec ēt ratio bona est ⁊ notabilis. Et vtranq; ponit ſ Dau. dicens ēt non sic presumi subreptionem in ordiario sicut in papa ⁊ legato qui sunt maioribus negociis occupati ⁊ non sic omnes subditos notos habent sicut dyocesan⁹ ⁊ alij iferiores. pro hoc qđ no. Jo. cal. in repetitione. c. cum nostris de concess. p̄ben. in. vi. q. Laud. de pynu satis consonans p̄dictis addit aliam rōnem quia ordinarii originales intelligūtur prouidere ecclesie motu proprio cū ad hoc teneantur nec debent beneficium reformare nisi persona sit bene nota. Sz papa ⁊ legati prouident p̄sonis ⁊ non ecclesiis. ideo dicunt in litteris volentes tibi gratiam facere specialem. Et propterea non tenent littere si qd tacetur quod fuit exprimendū. In ordinariis aūtē collatoribus dicit qđ deberent omnes dictari motu proprio ⁊ sic diceretur inter incumbētia onera illa nos magis solicitant vt ad ecclesias vacantes p̄sonas idoneas p̄sciamus ideo aduertentes talem ecclesiā vacare ⁊ talez ēē idoneum ⁊c. vt sic potius prudeatur ecclesie q̄ p̄sone. Et p hoc dicit cōfirmari opi. glo. tertie qđ collatio legati facta proprio motu non possit impugnari ob taciturnitatē alterius beneficii. ꝺ quo vltimo dic vt. s. q. iiii. Et de hac tota rōne lz videatur pulchra possit dici eā nō p̄cedere. q; ēt papa ⁊ legati tenēt ex officio prouidere beneficiis. Nā papa vocatus ē i plenitudine ptātis. ꝺ vsu pali. ad honorē. ⁊ legati in suis p̄uinciis sūgunt⁹ vice pape. Ita ergo tenentur quo ad sibi cōmissa totaliter sicut dyocesani quo ad suas dyoceses. tñ pro ista rōne facit impossibilitas seu nō tanta facilitas plene inquisitiōis ⁊ plene noticie q; nō sic facile pōt cōstare de multitudine pape ⁊ legatis sicut de paucis ipsis ordiarūs vt i rōne p̄cedenti.

¶ De procuratoribus. Rubrica.

Instrumento Nō casum i q̄ parē vi hz īstrumētū cū litteris p̄uatis ⁊ ecōuerso. Et ꝺ quo ad faciēdā fidē de mādato ꝓcuratorio. Nā ēt p lr̄as ip̄ius cōstituētis sit fides vt hic. pro hoc quod dicit glo. ii. Et nō ē cura an sint sigillate an nō q; hic nihil dicit de sigillo. Et p hoc plus ꝓbatur ex textu q̄ sit id quod no. Inno. de ꝓba. qm̄ cōtra. ibi dicit delegationes ⁊ ꝓcurationes ꝓbari p sigilla cōstituentium rō primi q; stat litteris ēt priuatis i p̄iudicium scribētis. ff. e. si ꝓcuratorē. vbi de hoc rem ra. ha. l. ne satisdatio. C. de re. alie. nō alie. l. ii. lz nō ad cōmodū eius. C. de ꝓba. l. istrumēta. ⁊. l. rōnes. ⁊. l. exēplo. fm Laud. ſ Dau. ⁊ Ben. Generaliter aūt qm̄ stat cedule seu appodisse seu libro rōnum seu epistole dixi de fide instru. c. i. Et formam litteraz sup mādato

procuratorio ponit Spe. de procura. §. vt aũt. v. si aũt nõ po
test. Et sm Steph. tales littere qñ̃ dicunt libellus. dicta
l. ne satisdatio. qñ̃ littere procuratorie. qñ̃ littere de rato
de offi. dele. coram. de transac. cõtingit. Et q̃ p litteras pos
sit quis cõstitui ꝓcurator allegant concordãtie in glo. ii. ⁊ vl
tra illas ꝓbatur in dicto. c. contigit. de reli. domi. cũ ducti⁹.
¶ Secundo no. q̃ põt ꝓcurator constitui ad plures causas
p verbum i causis. sic etiam ad vnã vt hic in glo. iii. Et idem
Ben. dicit Dan. posset constitui ꝓcuratorẽ ad tp̃us post
qõ mandatũ expirabat. vt no. Spe. de ꝓcura. §. rõne autez
forme. v. quid si mãdatum. Pro hoc q̃ mandatũ ꝓcurato
rium potest fieri sub cõditione ⁊ i diem. ff. c. l. iii. isti. manda
ti. §. mandatum. ¶ Tertio no. q̃ parta sunt non facere vel
non debito mõ facere. ibi debito mõ. quod dic vt in glo. iii.
Et idez Dan. pro hoc quod no. ſ. e. c. i. ⁊ c. mãdato. Ex ꝟ
a contrario infert Ben. q̃ si non iteruenit cautio de qua i tex
tu. vel si interuenit non debito mõ non ꝓcedit hec clemẽ. alis
magnũ p̃iudicium posset fieri procuratori non idonee p̃ do
minũ relenato. Item tunc deficit p̃sumptio consensus ꝓcu
ratoris inducta ex hac clemẽ. que videt fuisse causa finalis co
gendi ꝓcuratorem vt defenderet quod est notandũ alias v̄
ba illa debito mõ cauit frustratorie ponerẽtur i textu. Et de
cautione procuratoris actoris. no. c. ti. c. i. de cautione ꝓcu
ratoris rei. c. ti. mandato. ¶ Quarto nota. q̃ approbans in
strumentũ vel litteras tacite vel expresse intelligitur appro
basse omnia in eis contẽta. vt hic. ibi cum per hoc ad omnia
q̃ẽ. Laud. ad hoc. ix. di. veterum. ⁊ c. si ad sacras scripturas
vbi de hoc. de pẽi. di. i. vulgarit. de censi. cum olim. ii. q. ix
pura. de quo per Inno. in. d. c. cum olim. ⁊ de excep. cũ ve
nerabilis. in glo. quasi dicat ⁊ vtrobiq̃. dixi pro hoc glo. hic
i verbo i omnibus. ¶ Quinto no. q̃ causa ⁊ negocium capi
untur pro eodem. Nã in principio dicit i causis. ⁊ postea sub
dit in causis ⁊ negociis. alias tñ aliud est causa aliud negociũ
de ver. sig. forus. Itẽ aliud est causa aliud lis. Nã lis qñ̃
capitur pro instantia. de procura. c. i. li. vi. Item aliud ẽ q̃ cõ
stituatur ꝓcurator ad negocia. Aliud ad cãs. c. ti. qui genera
liter. li. vi. Dan. qui etiã dicit q̃ maior est ptãs procuratoris
cõstituti ad cãs q̃ cõstituti ad lites p id quod no. Host. c. ti.
nõ iniuste. Sed Host. ibi hoc non dicit. Sed dicit q̃ refert
inter procuratorem ad litem vel lites datum. Et datum ge
neraliter ad oĩa negocia. quia primus non tenet prosequi ap
pellationem. d. c. cum iniuste. secundus sic: alis posset de ne
gligentia condẽnari. de offi. archi. ea que. de offi. custo. c. i. in
fi. sic ⁊ tutor ⁊ curator appellationem ꝓsequitur. ff. si tutor vl
cura. appel. l. ii. C. de appel. si actor. Et idem in gestore q̃ ac
cessit animo gerẽdi omnia negocia. Nam cũ teneat de alias
omissis fortius si omisit appellationez prosequi. ff. de nego.
gest. l. si pupilli. §. fi. ⁊ l. liberto. §. fi. dicit etiam Dan. q̃ cõ
stitutus ad causas generaliter põt tractare negocia extraiu
dicialia: ⁊ in hoc videtur corrupte scri, tuz. ⁊ q̃ dẽat dicere in
dicialia sicut cõstitutus ad negocia potest agere experiri. dcõ
c. qui generaliter. Et sic intelligendo non videtur verum q̃
datus ad causas possit tractare extraiudicialia: q̃ mandatuz
non extenditur ad non expressa in eo. de offi. lega. cum olim
i. secus econuerso: quia datus ad negocia põt agere ⁊ experi
ri: quia venit in vim consequentie. d. c. qui generaliter.
¶ Sexto no. ex eo quod dixi in proximo notabili i p̃cipio
q̃ negocium dicitur in iudicio ⁊ hoc quatenus hic idem si
gnificat q̃ causa. pro hoc dictũ. c. forus. aliquando tamen dz
extra iudicium pro negociatione. de procura. qui generalit.
li. vi. j. clemen. fi. vbi de hoc in. vi. notabili. ¶ Septio no.
q̃ genus neutrum concipit femininũ ibi in oĩbus causis ⁊ ne
gociis ad que. Nam illud que est neutri generis quod sm
Laud. est contra grãmaticos. quod non est verum. naz sm
grãmaticos silepsis seu conceptio multipliciter variat. Cuz
quandoq̃ sit generum. quandoq̃ psonarum. ⁊ i silepsi gene
rum quandoq̃ masculinum cõcipit femininum ⁊ neutrum.
quandoq̃ femininũ concipit neutrũ. lucanus in primo. Le
ges ⁊ plebiscita coacte. quandoq̃ neutrũ concipit femininũ
Salustius in cathelinario. Senus etas forma ⁊ eloquentia
pene equalia. ⁊ sic in ꝓposito. Itẽ ⁊ alio mõ variatur quod
omitto. ¶ Oppo. q̃ non possit dñs relenare procuratorem
fideiubendo pro eo de iudicato soluẽdo. Nã usta satisdatio p̃
toria est que requirit fideiussorẽ. ff. de p̃to. stip. l. p̃tore. obli
gatio aũt fideiussoria sine principali stare nõ põt. ff. ꝺ fideiuſ.
l. i. ⁊ l. stipulatus. §. i. ⁊ l. sequenti. de regu. iur. l. cum prin
cipalis. regula. accessorium. li. vi. So. dicunt aliqui q̃ princi
palis ẽ hic dñs pro quo litigatur quod nõ procedit: quia tũc
non potest esse fideiussor suimet. ff. de fideiuſ. l. heres. §. q̃ si.
Alii dicunt q̃ fideiussoria obligatio hic loco principalis ha
betur ⁊ potest eẽ sine principali. ar. ff. ꝺ libe. lega. l. siquis reñ
in principio. vbi remanet obligatus fideiussor liberato princi
pali. Item p̃supposito q̃ requiratur obligatio pricipalis di
cunt q̃ procurator litigando obligatur principaliter q̃ intel
ligitur quasi contrahere. ff. de pecul. l. licet. §. idem scribit. ⁊
tali obligationi future adherebit fideiussio dñi. Ita dicũt ali
qui tenuisse Bȳ. ff. iudi. sol. in rubrica. Lȳ. C. de. satisda. l.
vna i vltima. q. dicit se audiuisse Bȳ. formantẽ hanc qõnẽ
⁊ de ipsa responsione non facientẽ mentionẽ sed solñ dicen
tem nõ esse multum improbabile q̃ stet fideiussio sine princi
pali per dictã. l. siquis reum. Alias opi. arca hoc ponit Lȳ.
ibi cõcludens se de facto consuluisse q̃ non sufficiet fideiussio
dñi nisi ipse ⁊ procurator promittat nuda cautione cui obli
gationi accedit fideiussio domini. probat per. §. si vero. insti.
de satisda. vbi dicitur dominum esse fideiussorem sui procu
ratoris. fideiussor autem ẽ proprie qui aliene obligationi ac
cedit. ff. de fideiuſ. l. i. ⁊ ii. alias immutaretur forma pretorie
cautionis quod non potest fieri nisi a pretore. ff. ꝺ preto. stip.
l. i. in fi. Pro hoc. ff. de procura. l. minor. vbi minor non est
idoneus procurator rei quia ⁊ sibi ⁊ eius fideiussoribus suc
curritur: ergo patet q̃ se obligat. ⁊ hãc opinionẽ tenet Ja. ꝺ
de are. ⁊ Ja. de ra. Et dicit Lȳ. in dicta. l. vna. quod est ipa
veritas. Idem tenet Bar. ff. iudi. sol. in rubrica. iz vbi videa
tur corrupte scriptum. Et imitando hanc opi. respondet ad
. l. siquis reum. preallega. q̃ ibi remanet obligatio fideiusso
ria sine principali: quia liberatur reus per pactuz quod aliq̃n
potest prodesse reo ⁊ non fideiussori quando apparet de intẽ
tione limitata paciscentis. Et idem si liberetur reus per lega
tum ⁊ apparet de intentione limitata legantis vt ibi. possint
poni ⁊ alia exempla in quibus tollitur principalis obliga
tio remanente fideiussoria. de quibus no. ff. de fideiuſ. l. vbi
cunq̃. Et p̃ro hoc. e. ti. de fideiuſ. l. heres. §. seruo. in fi. Itẽ
respondetur ⁊ aliter q̃ nõ sunt parta obligationem fideiusso
riam ab initio induci sine principali. vel postq̃ inducta ẽ sta
re sine principali: quia secundum fieri potest vt in. l. siquis re
um. non primum. vt in. l. i. ⁊ ii. ff. ꝺ fideiuſ. Tertio ad dictã
. l. respondetur q̃ non loquitur de obligatione pretoria de q̃
loquitur questio nostra. Ad motiua alterius opi. que vult q̃
procurator eoip̃o q̃ est in iudicio tacite intelligitur se obliga
re. Respondetur q̃ non est verum quando comparet cũ mã
dato secus si sine mandato tanq̃ fideiussor. ff. de re iudi. l. si
se non obtulit. ff. de procura. l. plautius. ⁊ qõ ibi no. Et de ꝟ
in sequenti contrario. ¶ Secundo oppo. ad hoc q̃ non pos
sit dñs fideiubere super obligatione procuratoris que nõdũ
est: quia non stat qualitas sine subiecto. de cele. miſ. cũ mar
the. §. quesiuisti. de despon. impu. ad dissoluẽdum. Solu. fi
deiussoria obligatio potest accedere principali non solum p̃
senti sed etiam future. ff. de fideiuſ. l. stipulatus. §. adhiberi.
Spe. autem de satisda. §. expedito. in prin. dicit non esse ne
cessarium q̃ procurator aliquid ꝓmittat in iudicio ⁊ q̃ nihil
ominus tenet obligatio dñi satisdantis pro eo sed nihil alle
gat Jo. an. in addi. Spe. de procura. §. vt autẽ. v. sed nũqd
talis videtur inclinare in opinionem Lȳ. dicens tutum so
re consiliũ vt dñs notario stipulanti nomine quorum interest
promittat de defensione ⁊ iudicato soluendo ⁊ super hoc det
alium fideiussorem. Sed hoc non practicatur. Bal. in dicta
l. vna. C. de satisdando. dicit idem quod Spe. dicẽs q̃ si do
minus non potest esse vt fideiussor est tamen vt exp̃romissor
ff. de dolo. l. ⁊ eleganter. §. seruus pactionis. vel si est vt fide
iussor sine obligatione principali hoc fit lege permittẽte. per
dictum. §. si vero aliquis. insti. de satisda. pro hoc. ff. de vsu
fruc. earum rerum que vsu. consu. l. tribus. que lex facit pro
opi. Lȳ. mihi tamen hec vltima placet: quia ⁊ sic obseruatur
⁊ non practicatur q̃ procurator promittat prout dicit Lȳ.
Unde dic q̃ dñs non est proprie fideiussor sed tanq̃ princi
palis cum ad proprium cõmodum ⁊ in causa propria hoc fa
ciat. ad hoc dicta. l. ⁊ eleganter. §. seruus. debet autem domi
nus esse idoneus ⁊ possidere immobilia alias non esset idonea
fideiussio. pro hoc quod no. glo. in auten. de introdu. ⁊ exhi
ben. reis. §. sanctimus. in verbo susceptο. debet etiam si con
stituit procuratorem cum potestate substituendi relenare
non solum procuratorem sed quẽcunq̃ pro eo substitũ alis
substitutus non posset admitti nec fideiussio domini pro ꝓ
curatore extenditur ad substitutum. ff. de iudi. sol. l. si ante

in extrauag.inter cunctas.vbi prohibet quẽ absolui a peccato ꝓpter quod erat effectus irregularis durante irregularitate que licet esset pena.erat tñ sequela peccati.ideo ea durante non debet tolli peccatũ.dicit tñ Laud.q̃ per illã extrauagã. videtur dicendũ ꝯrium:quia excõicatus nõ debet admitti ad sacramẽtũ penitẽtie super illo in quo est excõicatus antequaz sit absolutus cum sit extra vniuersalẽ ecclesiã extra quã null⁹ dino saluaf.de sum.trin.c.i.§.vna.aut ergo admittit ignorãter:quia ignorat ꝓbabiliter illũ excõicatum vt quia fuit excõicatus per statutũ synodale qđ licet ignorare.ar.de cõsti. c.i.li. vj.⁊ excusatur.aut nõ est ꝓbabilis ignorantia vt quia erat excõicatus a canone ⁊ is qui absoluit nõ excusaf.imo absoluẽdo cum sciat factũ ⁊ per ꝯns scire ꝑsumaf de excõicatis videtur ei fauere in crimine.ar.ij.q.vij.negligere.de sen.ex.nuper. ⁊ c.si concubine.sed per hoc non dicit Laud.q̃ iste absoluẽs incidat in penam de qua hic.imo videf velle cõtrariũ.Ben.autem expresse hoc dicit.nam ſm eum licet graviter peccet qñ scienter absoluit.vel si nõ fuit ignorantia ꝓbabilis qz decepit peccatorem ⁊ seipsum cum talis absolutio non prosit.per ꝑdicta tamẽ nõ est locus huic pene quod placet ne fiat extensio ĩ penalibus. ¶ Tricesimooctauo quero an pena de qua hic locum habet quicunqz sit ille qui absolutus fuit.Sol.glo.etiaz q̃ sic ꝓpter litteram in verbo quẽq̃.idem ℣Dau.⁊ Ben. ¶ Tricesimonono quero religiosus ignorans penã de qua hic⁊ alias homo sancte vite ministrauit eucharistiã sine licentia parrochialis presbyteri.nõ tamẽ in cõtemptũ ipsius ꝑsbyteri parrochialis.videf q̃ non incidat in penã nec excusef per ignorãtiam iuris.regula ignorantia.li.vj.Contrariũ constitui per hanc litterã in verbo ꝑsumpserit que notat doluz ⁊ temeritatem ministrãtis. Item licet ignorantia iuris non excusef.tamen quãdo ex probabilibus cõiecturis ꝓpendif q̃ quis ignorauit excusaf ſm no.de consti.c.ij. Item sicut miles armate mulicie excusatur ab ignorantia iuris.C.de iur.⁊ fac.ig. l.i.ita ⁊ hunc possumus excusare ⁊ hoc ꝑcipue in foro penitentiali in quo credendũ est asserenti se hoc ignorasse sed etiaz in foro iudiciali idem puto qñ ex ꝓbabilibus coniecturis liquet quod nõ fecit ꝑsumptuose.imo aliqua probabili rõne ductus pro hoc qđ dixi.ē.q.xv.quia tamen in hoc forte aliqui ꝯdicerent dicentes q̃ eoipso est presumptio q̃ fecit cõtra hanc clem. tutius est q̃ petatur absolutio. ¶ Quadragesimo quero an suscipientes sacramẽta ꝯ hãc cle.sint excõicati tanq̃ participãtes in crimine.Glo.quod de recipiẽtib⁹ remittit.dic q̃ dixi ē cõsan.⁊ affi.cle.vna.in.iij.cõtrario.nã illud de participatiõe locũ habet quãdo ꝓticipaf post damnatũ actũ nõ in ipso actu vt ibi dixi. ¶ Quadragesimoꝑmo quero in eo qđ dicit q̃ ordinarij debent istos excõicatos publicare postquã eis constiterit de excõicatiõe qualiter de hoc constabit?sol.Laud.q̃ vocatis ꝓtibus ⁊ declaratiõe sup hoc facta habita sũmaria informatione.ar.de ap.cõsulut.⁊ ſm eũ citatio ⁊ snia sunt de necessitate ſm no.de iureiur.ad nfam.iij. ℣Dau.quo ad illud ō informatione habenda dicit q̃ debebit constare p ꝓbationes legitimas.nam ex quo constat de excõicatiõe non ꝑsumif absolutio sed ꝓbari debet.de cle.excõ.ꝓposuit.vbi de hoc.facit de symo.ex diligẽti.quidã tñ vt refert dicũt q̃ ꝑsumif absolutio si est habitus pro absoluto.maxime ab excõicatõe.⁊ hãc opinionẽ ponit Inno.in.d.c.ꝓposuit.quã dicit Host.ꝓcedere de equitate in facto antiquo non in recenti.⁊ hoc vt excusenf ꝓticipantes nõ ipse qui in facto ꝓꝓio nõ habet ꝓbabilẽ ignorãtiã.de rescrip.ab excõicato.qđ placet ℣Daul. ꝓ hoc qđ dixi.ē.q.xxxix.qz vt ibi dixi hic ꝑsumif ꝑsũptio ⁊ temeritas.⁊ ex ꝫ indistincte dic q̃ si cõiter habebaf ꝓ absoluto excusaf absoluẽs a pena huius cle.

Versi. Quibus. Hic vt dicit glo.i.est pars secunda quã ibi subdiuidit quia primo ponit septem culpas religiosoz a quibus eos ꝓcipit abstinere.secundo ibi si q̃.certas penas eis iubet imponi. tertio ibi ceteruz.imponit penã ꝑlatis religiosoz si p ipsorũ religiosoz excessibus nõ satisfaciunt. ¶ No.septẽ culpas religiosoz ꝯ ꝑlatos.prima ponit hic in principio.secũda ibi aut etiã.tertia ibi seu.quarta ibi neue.quinta ibi nec legata.sexta ibi nec etiã.septima ibi aut psonas. ¶ Secũdo no.de verbis ꝯminatorijs ibi sub interminatione.sic.ē.de sepul.c.i.li.vj.ō iurepa.relatũ.de symo.sicut nobis.de eo qui fur.or.rece.c.i. aliquãdo ponif sub anathemate.ō sagit.c.vno.aliquãdo sub pena excõicatiõis.de regula.non solũ.li.vj.aliqñ sub excõicatione.de loca.vestra.aliquãdo sub excõicatiõis interpositõe rrij.di.salonitane.aliquãdo sub diuini contemplatiõe iudicij.vij.q.ii.nup.aliquãdo sub obtestatiõe diuini iudicij.de ap pel.c.cum speciali.de iurepa.cle.i.ver.ꝑcipim⁹.aliquãdo sub anathematis vinculo.de sepul.c.i.aliquãdo sub interminatione diuini iudicij.de so.ꝓpe.cle.vna.§.sane.Alb.ath. ¶ Tertio no.q̃ nõ debet quis alteri detrahere.de hoc in glo.i ver. detrahant.⁊ dicit Laud.q̃ deteriores sũt qui doctorũ vitam moresqz corrũpunt his qui substantias alioz predia diripiũt hi cñi famã bonã que est vita aie subtrahunt.alij vero alimẽtũ dũtaxat corpis.ideo infames sũt⁊ ab ecclesia extorres fiũt vi.q.i.detractores.⁊ tenẽtur ad restitutiõez bone fame per omnia loca per que detraxerũt⁊ per alia ad que infamia cõuolauit cũ dictuz vnus sepe in talibus sequaf multitudo. versus. Fama repleta malis velocib⁹ euolat alis. Fama boni lẽte volat inuidia retinente. Alias non remitteref illi detractor peccatũ nisi oĩbus modis quibus ꝑõt restituat famã ablatam.de vsuris.cũ tu.⁊ dicit ℣Dau.q̃ hi auferunt veras diuitias.de q bus Ber. Diuitie non sunt opes sed virtutes quas cõscientia parat vt in ꝓpetuũ duces fiat.facit.xvi.q.i.clericat⁹. Bẽz. dicit q̃ detrahere fame ꝓximi magnũ peccatũ est.vi.q.i. detractores.⁊ detrahentẽ deus ꝓsequif.xxiij.q.iij.nunũ.⁊.c. q peccat.⁊ vna species homicidii est.de pe.di.i. homicidiorũ.⁊ qd sit detrahere.ibi no.⁊ per Inno.de accu.cũ.p.in glo.i.eriminis.⁊ ꝓprie detractor est qui falsũ imponit vel oĩo occultũ publicat.ij.q.vij.accusatio.⁊.c.sunt nõnulli.iii.q.iij. detractores.v.q.v.qui ambulat.⁊.§.se.xi.q.iij.in cunctis.⁊.c.inter verba.⁊ de hoc.j.in.i.q. ¶ Quarto not.q̃ parrochiani ꝑñt dicere ecclesias quarũ sunt parrochiani esse suas.ibi ecclesiaz suaz.⁊ dicit ℣Dau.q̃ non dicũtur sue quo ad domuniũ sed ẽ modus loquendi.de cle.excõ.ꝓposuit.vbi de hoc. ¶ Quinto no.q̃ nõ debent religiosi retrahere parrochianos ab accessu suarũ ecclesiarũ.de hoc in glo.facit⁊ dicit Laud. hoc maxime procedere in sepulturis.⁊ hoc faciẽtes incurrũt periculosam penã.de sepul.c.i.li.vi.de qua aliqui parũ sibi cauent. pro hoc.j.de penis cupientes.ad fi.potius enĩ vt dicit Ben. debent eos ad hoc inducere.ar.c.ij.de parrochijs.de decl.c.i. li.vi. ¶ Sexto no.ꝯ religiosos pronũciantes indulgentias indiscretas.⁊ exponit glo.i.nõ cõcessas.vult dicere q̃ dñmodo sint concesse etiam si sint indiscrete non peccant religiosi cas pnunciantes.dic q̃ immo peccant etiam si sint concesse dũmodo sint indiscrete adeo q̃ de iure non poterũt concedi sicut ĩtelligit ℣Dau.qui dicit q̃ dicuntur indiscrete quando concedens cõcedit consideratiõem quantitatis⁊ qualitatis. de pe. ⁊ re.cum ex eo.§.ad hec.⁊ hic etiam modus placet per id qđ predixi.dic tamen q̃ fortius peccant quando pnunciant illas que non sunt concesse.⁊ dicit Benz. q̃ idem est et am si sunt concesse sed ꝓbari non possiunt.ar.de ꝓba.quoniam.⁊.c post cessionez.de fi.instru.c.ij.⁊ de his indulgẽtijs.de relig. ⁊ venera.sanc.cle.vna.in fi.⁊ de pe.⁊ re.cle.abusionib⁹.⁊ de hoc.j.in.ij.q. ¶ Septimo no.cõtra religiosos qui detrahũt testatores a restitutoribus debitis ecclesie matrici faciẽdis.⁊ dicunt Ben.⁊ Alb.ath.q̃ male facũt quia non remittitur peccatum ⁊c.xiij.q.vi.si res.de vsuris.cum tu.regula peccatum lib.vi.ex hoc arguit Alb.ath.contra illos qui vtũtur defraudare ecclesiam canonica portione cum ipsa sit debita ecclesie. de sepul.c.i.⁊.c.in vestra.⁊.c.relatum.vbi de hoc.vnde tenẽtur ad restitutionem sicut tenerentur pro alio subtracto.pro hoc.j.§.ceterum.⁊ dicit ℣Dau.q̃ ex hoc arguitur cõtra fraudes mendicantium qui vt euitent solutiõem quarte secundũ formam cle.dudum.de sepul.faciunt ligari monalibus sancte clare vel alijs eis subditis de quibus bene confidunt. ¶ Octauo not.q̃ alique ecclesie dicuntur matrices.de hoc ĩ glo.cathedralibus.⁊ cum ea idem ℣Dau.dicens q̃ matrix ecclesia,quãdoqz dicif cathedralis per iura allegata in glo.qñ qz baptismalis in qua renascimur per baptismũ.hic aũt intelligitur de ecclesijs parrochialibus.nã parrochialis ecclesia suis vberibus in sacramentis⁊ diuinis officijs nos nutrit. concordat de rescrip.ex parte.de transac.ꝑterea.ij.de rescrip.ex trãsmissa.de sen.excom.cle.i.pro hoc de offi.archipresbyt.c.ij. ¶ Nono nota q̃ religiosi non debẽt male ablata incerta applicare sibi vel fratribus vel conuentibus sui ordinis.nam vt dicit Ben.hec debent erogari per ordinarium.de iudeis.cũ sit in fi.nisi ꝑ testatorẽ datus fuerit executor:quia tũc ipse hoc faciet.de testa.c.vlt.li.vj.vbi de hoc p archi.⁊.xij.q.ij.de laicis,⁊ no.de v̄.si.cũ tibi.in gl. Itẽ ipse raptor posset erogaꝛ sine licentia epi vel alterius.ar.de vsur.cum tu.de homi.sicut dignũ. Alb.ath.qui dicit non obstare dictũ.c.cum sit.qz loquitur de iudeo cuius actus⁊ dispensatio suspecta est.non sic in

ꝑpiano. de hoc per archi. xiiij. q. vj. non sane. ⁊ in dicto. c. fi. ō testa. ⁊ per. ☙ Host. in sum. de penitentijs. §. de quib⁹. v. ſz q̄ forma. ⁊ dixi in. d. c. cū sit. ⁊ de hoc. j. q. v. ¶ Decimo nota in alioꝝ preiudiciū q̄ non est vtl cum dāno alterius consulē dū. xuij. q. v. deniqꝫ. xxij. q. ii. primū. de penit. suā. a ꝯrario. ¶ Undecimo no. ō casibus sedi apostolice reseruatis. ō hoc in glo. hos. ⁊ exēplificat ☙ Dau. in voto vltra marino. de voto. qō sup his. ⁊. c. se. ⁊ in sententijs quaruꝫ absolutio pape reseruat. xvij. q. iiij. si quis suadente. sub ꝑmo responso. ⁊ dicit ☙ Dath. idē quādo papa per se excōicat: q̄ tunc solus ipse absoluit. xxi. di. inferiores. xvi. q. i. frater. de elec. venerabilē. idē in sententia sui legati vel delegati cuius iurisdictio expirauit nec alius successit in officio. de offi. dele. querenti. de offi. leg. studuisti. de offi. or. pastoralis. de concess. preben. q̄ diuersitatem. Itē ipse solus absoluit participātē ex certa scientia in diuinis excōicato p se ſm quosdam. de sen. ex. significant.

☙ Dath. de hoc vltio. dic vt dixi i. d. c. significauit. ¶ Duodecimo no. de casib⁹ reseruatis ordinario. de hoc in gl. de hiſ ⁊ in ea in fi. ⁊ per archi. de peni. di. vj. c. vlt. ¶ Decimotertio no. de dictione p̄sertim. que vt dicit ☙ Dau. ponit ꝑ maxie q̄ nec seculares idebite sūt vexādi. ꝑ h̄ qō dixi de hac dictiōe de except. c. i. in fi. ☙ Dau. idē dicēs q̄ id qō h̄. dicit locuꝫ habet etiā si cora aliis q̄ delegatis apostolicis ꝓsequāt suā iusticiam ⁊ ex his duab⁹ exceptiōibus colligit quid velit glo. in verbo p̄sertim in eo qō dicit hic duplex punctatio. nā ſm expositionem ☙ Dau. dictio p̄sertim cōstruit cū verbo ꝓsonas ecclesiasticas. ſm expositiōem ☙ Dau. cū verbo cora iudicib⁹ delegatis. ⁊ non refe. t q̄cunq; teneat. ¶ Op. i eo q̄ ꝓhibet religiosis ne ꝓcurent q̄ legata eius fiant in ꝑiudiciū alioꝝ. nā licituꝫ est cuiq; p̄ferre seip̄m alijs cū prima charitas incipit a se. C. de serui. p̄ses. de vsu pal. ad honorē. ar. C. si qs aliquē testa. ꝓhi. l. ij. Sol. Ben. stādo ꝑmo. ⁊ videt q̄ nō habuit in textu v̄buꝫ sibi. per qō verbū dic ꝑ. ⁊ ad ꝑmum dic q̄ licitum est se preferre nō ꝑiudicando tñ iuri alterius. vnde licite pōt qs instare q̄ testator relinquat potiꝰ sibi q̄ alteri cui volebat relinquere ita q̄ etiā tutor pōt suadere vt potius sibi relinquat q̄ pupillo. C. arbi. tu. quicquid vbi de hoc p glo. hoc. ⁊ Ly. ica su aūt huius cle. secus est. peccāt enim religiosi inducendo testatores ad relinquēdū sibi id qō alijs volebāt relinquere. ⁊ h̄ q̄ i eo notat ipsoꝝ cupiditas ⁊ auaritia que i clericis reprobat de p̄ben. auaritie. de hoc. j. q. v. ¶ Secundo op. in eo q̄ ꝓuidet ꝑ religiosos abūtes in casib⁹ sedi apostolice vel locoꝝ ordinarijs reseruatis. nam ⁊ de hoc ꝓuidit. s. ꝑmo rñso. ⁊ sic supflue hic. Glo. a peccato soluit q̄ supra ꝓuidit de absolutione ab excōicatiōe. hic de absolutione a peccato vel culpa. ¶ Tertio op. in eo q̄ ꝓuidet cōtra religiosos trahentes p̄latos ad loca remota. satis enim sup hoc ꝓuisuꝫ est. de rescrip. nōnulli. ⁊. c. statutū. li. vj. Glo. licet. soluit q̄ hic habet respectus ad ꝙseruatores qui dant religiosis q̄ñ q; cū ptāte trahēdi vltra duas dietas. ¶ Quero in eo qō dixi i. iij. no. de detractorib⁹ an indistincte hoc ꝓhibeat. Glo. in verbo detrahant ibi intelligo. dicit hic intelligēdum q̄ñ notatum detrahunt vl̄ per circūlocutiōem que habeat vim ꝓprij ꝓnois. als in genere bene licet p̄dicatori tangere vicia p̄latorū. qō ꝓsequere vt in glo. ⁊ in hac glo. in fi. q: nec debemus reddere vitā abūtium. xliij. di. cōtinua. ☙ Dau. ⁊ ꝑcipue cauendū ne impugnet papa quia nō debet quis ponere os suū in celū lingua sua sup terrā gradiente. xxi. di. in tātū. Aluarus. ¶ Sexto quero in eo qō dixi in. vj. no. de indulgentijs indiscretis quādo dicat idiscreta. dicit Aluarus q̄ si est papalis dicat indiscreta nisi appareat bulla vel testes legitimi. ⁊ sic sentit q̄ posſit per testes probari gratia pape. de hoc in ꝓemio sexti. ⁊ dic q̄ licet scriptura non fit de substātia gratie. nō tñ pōt ꝓbari gratia sine litteris apostolicis vt in decisione rote. eccl. Itē q̄ licet romana curia qō dixi supra eadē cōpilatione in ꝓemio. versi. hec sane. q. v. si aūt est episcopalis dicat Aluarus q̄ debet apparere p litteraꝫ cum sigillo ep̄i vel p̄'mstrumētū publicū vel testes supstites. de ꝓba. q̄ñ contra. ⁊. c. post cessiōem. de fi. instru. c. i. ⁊. ij. dic q̄ etiā dicat indiscreta alio modo vt dixi in. vj. no. ⁊ dicit Aluarus q̄ indulgentias p̄nt cōcedere ep̄i ⁊ supiores. de pe. dist. i. c. i. ⁊. c. fi. li. vi. ⁊ p̄nt cōcedere subditis ⁊ nō alijs. itē hoc pōt legatus. de offi. lega. quod trāslatiōem. inferiores aūt ep̄is h̄ non possunt. de excess. prela. accedētibus. Itez nec ep̄s qui nō est sacerdos nec capitulū sede vacāte. vt no. in. d. c. i. de pe. li. vj. per archid. sed si ep̄s confirmatus esset sacerdos pōt cōcedere. ⁊ sic approbat cōsuetudo. facit de elec. transmissaz: qui a iurisdictiōem episcopalē habet ⁊ potest absoluere ⁊ ligare. de hoc per ☙ Host. in sum. de pe. ⁊ remiss. §. quis possit facere. v. sed an remissiones. de hoc dixi de reliqui. cle. vna. ver. vlti. q. vj. ⁊. vij. ⁊ in dicto. c. accedentibus. vbi tenui q̄ etiam non sacerdos hoc pōt. presuppositā vero premissa opinione q̄ non possit. dic q̄ licet non possit per se concedere. posset tamen alteri episcopo cōmittere qui concederet. de elec. suffraganeis. non potest aūt per se: quia iste indulgentie sapūt forum penitentiale. de pe. quod aūt. ⁊. c. cuꝫ ex eo. ⁊. c. nostro. ⁊ dixi in. d. c. accedētibus. de capitulo aūt dixi de here. cle. i. ver. duro. q. xi. ⁊. de pe. cle. ij. §. ad hec. q. iij. ⁊ ibi ēt dixi q̄ iste idulgētie sapiūt iurisdictiōez ⁊ nō forū penitentiale. dicit etiā Alua. q̄ ēt sacerdos simplex potest in foro penitentiali aliqua indulgere. s. annos ⁊ dies sicut ei videbitur dūmodo discrete faciat. ar. de pe. ⁊ remiss. dens qui. sed indulgentias generales ⁊ publicas cōcedere nō pōt. vt no. de peni. c. fi. li. vj. ꝑ archi. ¶ Tertio quero si cōcedit indulgentia visitantibus ecclesiā certā. an is qui visitat sepius eadem die sepius habeat indulgentiam? Sol. ☙ Dath. q̄ sic. qō dixi de pe. cum ex eo. q. v. ¶ Quarto q̄ro an ipse qui dedit indulgētias possit ea gaudere? Sol. ☙ Dath. q̄ non. per no. per archi. de pe. c. fi. li. vi. de hoc dixi in. c. cum ex eo. q. v. ⁊ posset defendi ꝑmū tenendo q̄ indulgētia habet vim statuti ⁊ q̄ statuens ligat suo statuto. qō dixi ō rapto. c. i. ⁊ de cōsti. c. ij. li. vi. tamē non ꝓprie habet vim statuti. vnde primū verius. ¶ Quinto quero in eo qō hic dicit ⁊ dixi in primo ꝑmo q̄ religiosi nō debēt ꝓcurare sibi vel alijs singularib⁹ sui ordinis fratrib⁹ vel cōuentibus fieri legata vl̄ erogari debita vel male ablata incerta in alioꝝ ꝑiudiciū quō intelligit hic de alioꝝ ꝑiudicio? Glo. licet. solut q̄ intelligitur de ꝑiudicio eorum quibus debent vel qbus testatores legare volebant. ⁊ hoc facit pro eo qō dixi in. d. primo ꝑmo. ⁊ hoc ꝓcedit respectu littere. ibi nec legata vel debita. sed respectu littere ibi aut male ablata incerta. dicit eadem glo. q̄ pōt intelligi de ep̄is quib⁹ cōpetit dispositio ablatoꝝ. ⁊ ex hoc infert gl. ad no. de vsuris. cū tu. ⁊ de testa. c. ij. li. vi. qō dixi. s. in. ix. nota. ⁊ cū glo. idem ☙ Dau. qui tñ dicit q̄ littera ibi in alioꝝ ꝑiudicium cōcernit duo prima. s. legata vel debita. nam ſm euꝫ quo ad incerta non fit ꝓiudicium episcopis si per alios fiat erogatio etiam per religiosos fraude cessante. dic q̄ etiaꝫ quo ad incerta hic ꝓhibet religiosis ne ꝓcurent erogatiōem fieri sibi vel fratrib⁹ vel cōuētibus sui ordinis: q: in hoc notat cupiditas ⁊ auaritia si retrahūt testatores aliter dispositos. vt dixi s. in. ix. nota.

Ver. Si qui. Nota de verbo regulam q̄ hic non loquitur de clericis secularibus. concordat de elec. cle. in plerisq;. ☙ Dau. ¶ Secūdo nota q̄ vltra regulā habēt religiosi statuta. ⁊ hec vt dicit ☙ Dau. artant regulam. de regu. sane. vbi de hoc. ¶ Tertio. nota q̄ casum in quo dispensatur ex necessitate ⁊ non ex vtilitate. als tamen hec duo comparantur quo ad potestatem dispensandi. i. q. vij. §. nisi. ⁊ de necessitate exemplifica. vt in glo. puta. ⁊ idem ☙ Dau. qui dicit q̄ hic potest inferior de parte penitentie per papam imposite relaxare: quia hoc expunitur hic. als secus. pro hoc quod no. de accu. cum. p. in glo. vlti. ⁊ de sacrile. c. ii. in glo. ij. ¶ Quarto nota casum in quo prelatus regularis dispensat contra canonem. alij plures in quibus dispensat. no. spe. ti. ij. §. sunt quoq;. ver. abbas. ⁊ se. de hoc. j. in secundo contrario. ¶ Op. quia littera ibi premissa vel aliquid de premissis videtur continere absurdum imponendo tantū penam pro violatione alicuius de premissis sicut pro violatione omnium istorum. cum tamen pene debeant commensurari delictis. de iureiur. cum quidam. de his que fi. a maio. par. ca. quesiuit. Glo. no. remittit ad not. vi. q. i. imitare ⁊ ibi videtur glo. dicere contrarium. quia etiam pro eodem peccato repetito multiplicatur pena vt hic dicitur. remittit. etiaꝫ hic gl. ad questionem Gualteri. de qua in regula delictū. li. vj. vbi no. q̄ licet quis intulerit plures ictus clerico tamen si hoc fecit simul est excōmunicatus vna tantum excōicatione. de hoc per ☙ Host. de pe. sub rubrica de remiss. §. ad qd valeāt. ⁊ i spe. de consuma. §. vlt. ver. sed pone inder. Benze. dicit q̄ in foro extrinseco procedunt predicta. sed in penitētiali plꝰ punietur pro pluribus q̄ pro vno. Ex his habito respectu ad hoc. c arguitur ſm Lau. q̄ non magis peccet quis multiplicando fornicationes cum muliere vna nocte q̄ pro vna fornicatione pro hoc quod no. ff. de fur. vulgaris. in ꝓin. vbi glo. dicit q̄ si quis pluries accessit ad vxorem alterius vnica pena adulterij imponitur. ⁊ in hoc facit pro. sed in alio facit ꝑ. quia sūt plura adulteria. Bar. ibi dicit q̄ ideo nō nisi semel imponit: q: pe-

na nō eſt iterabilis cum pro adulterio debeat pena mortis alꝫ ſecus. de quo ibi per euz. ꝛ plen⁹. e. ti. inficiādo. §. infans. ꝛ p Jo. an. in addi. ſpe. de ſen. pla. §. ſpecies. ver. qd ſi preconiza tū. dic q̄ maius eſt delictū hic violādo omnia p̄miſſa q̄ violando vnū ꝛ maior pena debeā. ſed quo ad penaz de qua hic ſufficiat q̄ violet vnū ſolū ad faciēdū penā ꝯmitti. ꝛ ex hoc ceſſat dictū Lau. q̄ maior pena debeā pro pluribus fornicatiōi bus dūmodo pena ſit iterabilis. p ꝫ videret q̄ petiens clericum pluribus percuſſiōibus ſit pluries excōicatus. cuius ꝓuz no. in regula delictū. vt p̄dixi. ad qō dic q̄ oēs percuſſiones cenſent vna exquo ſimul fiunt. ꝛ hoc ideo: q̄ cōſideraī iniuria q̄ fit iuri publico. de foro cōpe. ſi diligenti. ꝛ hec eſt vna tñ. ar. ff. ar. fur. ce. ſi plures. vbi licet arbor que cedit furtiz ſit pluriū vna tñ ſolaſactio cōpetit oibus. ſimile qō dicit Bar. in. d. §. i ſans. de eo qui ludit ad azardū. nam licet ludat cū pluriḇ⁹ in eodem ſero ꝛ eodē loco tamē nō tenet niſi ſemel ad penā ſtatuti dicens q̄ qui luſerit ad azardū puniaī in tantū. ꝛ hoc quia vnicus eſt ludus ꝓpter vnicam offenſam reipublice. ſec⁹ ſi cōſideretur offenſa ipſius offenſe pſone vt q: dicit ſtatutū q̄ qui dederit alapā puniaī in centuz. tunc enī ſi quis plures alapas dedit etiā eodē tpe ꝛ eidē pſone locus eſt multiplicatiōi pene ruz. ff. de p̄ua. delic. nūquā plura. ꝛ qō ibi no. By. ꝛ Bar. ꝛ ſic multo fortius p plurib⁹ fornicatiōib⁹ cū eadē muliere habitis tenebit ad plures pēas ſi eſt pena iterabilis vt p̄dixi. de hac materia in dicta regula delictū. ꝛ in alijs remiſſiōib⁹ de q buſ. ſ. e. ꝯrio. ꝛ per. Ly. C. de ſer. fu. qcunq. ꝛ dixi de ſen. ex. cōtingit. i. ¶ Secūdo op. in eo qō dixi in quarto no. q̄ p̄latus regularis hic diſpenſat ꝯ canonē q̄ imo nō poſſet. de tēp. or. dilect⁹. fol. Lau. q̄ neceſſitate vrgēte pōt diſpēſare ſuper pena per canonē itroducta. ꝛ hoc ſi ex eodē canone cōcedit diſpenſatio vt hic. ſimile de iudi. at ſi clerici. §. i. remittit ad no. in. d. c. dilectus. ꝛ de offi. dele. de cauſis. de penis. calūniā. lxx xij. di. preſbyter. ij. q. iij. §. notādum. dicēs q̄ in canonib⁹ imponētib⁹ legē ſeu penā epīs ꝛ ſuperiorib⁹ ſolus papa diſpenſat niſi in illo canone vel in alio diſpēſatio cōcedaī inferiori. d. c. dilectus. ſed in canonib⁹ imponētib⁹ legem abbatib⁹ vel inferioribus epīs diſpēſare p̄nt. de ſen. ex. nuper. niſi in illo canone vel alio papa ſibi reſeruauerit. xvij. q. iij. ſi quis ſuadente. de p̄latis autem inferioribus epō. dicat Laud. q̄ nō diſpēſant niſi in illo canone vel alio ſit cōceſſū vt hic. ꝛ in foro cōtentioſo, ſz in foro aīe videt licere cuilibet cōfeſſori cōmutare penas ꝛ ſimilia facere. lxxxij. di. p̄ſbyter. xxvj. q. vlti. tpa penitudinis. ꝓ hoc de eo qui cog. cōſan. tranſmiſſe. ꝛ dic vt ibi dixi. in. d. c. dilectus. ꝛ. c. ac ſi clerici. ¶ Quero de intellectu littere ibi. ali qō de p̄miſſis? ſol. Gen. exponēdo p̄miſſis. i. dictis. a. §. qb⁹ vſq nūc. ¶ Secūdo quero in eo qō dicit de duob⁹ menſib⁹ qd ſi infra duos menſes infra quos religioſus peragit pniam iterū delinquit ꝯ hanc cle. an hec pena replicabit? ſol. Laud. hoc diſputationi relinquit. videt tamē velle q̄ ſic. dicit enī q̄ ne in deſperatiōem cadat poterit hec pena diſpenſatiue in aliam cōmutari. ar. lxxxij. di. p̄ſbyter. ꝛ qō no. de cele. miſ. cle. i in pan. q. ꝛ. de precedenti aūt dicto. dic vt dixi de magiſtris. cle. pe. in fi. q. ij. ꝛ p ibi no. patet q̄ pena multiplicaī. ¶ Tertio quero in eo q̄ hic puniūtur religioſi ſm ſtatuta ſua qualia ſunt hec ſtatuta? ſol. Gen. q̄ ſūt diuerſa iuxta ritū diuerſoꝝ religioſoꝝ. de regu. nō ſolū. li. vj. ꝛ per hoc qō ibi no. in gl. ſi. ¶ Quarto quero an monachus poſſit in tantū puniri q̄ ejiciatur de monaſterio? ſol. Gen. q̄ nō debet ejici ſed in carceribus eiuſdem monaſterij recludi. ꝛ ſic cōſortio fratrū excludi. xxvij. q. i. impudicus. ꝛ. c. ſi cuſtos. ꝛ. c. ſi quis ſacro. de ſymo. q̄ ſymoniaca. ꝛ qō no. Jnno. de ſymo. dilect⁹. vbi dicit q̄ depoſitio monachi eſt in hoc quia recipit p̄bendā in monaſterio nec habebit vocē in capitulo monachus tñ remanet ſm hoc dicit Gen. intelligenda iura dicētia monachū ejiciendū a cōſortio alioꝝ vel de ouili. de ma. ꝛ obe. cū in eccleſijs. de ſta. regu. ea que. ꝛ de hoc in ſe. ꝯrio. ¶ Op. ad hoc. xlv. diſt. ſed illud ibi de eccleſia expulſum? ſol. Genz. q̄ ibi de clerico ſeculari. Aluarus dicit q̄ etiā monachus incorrigibilis poteſt expelli de monaſterio. de iudi. cū non ab hoīe. ꝛ. d. c. cum i eccleſijs. ꝛ in. c. ea que. tñ ſi expulſus vagaī tenet eū monaſterū recipere ne pereat ſalua ordinis diſciplina. ō regu. c. fi. dic verus vt dixi. ſ. e. q. quod bene ꝓbaī in. d. c. fi. ſed forte Aluarus habuit reſpectum q̄ ſi talis monachus tranſiret ad aliud monaſterū valeret trāſitus qō nō nego. ¶ Poſt. dicit q̄ diſci p̄ina monachoꝝ conſiſtit in ſeptē gradib⁹. de quibus in regula benedicti. c. xxxij. de excōicatiōe culpaꝝ. ꝛ. c. xxxviij. de his q ſepius correcti ſe emēdare noluerint.

Verſi. Leterum.

¶ No. ibi puenerit. q̄ ex ꝺ licto religioſi nō tenet p̄latus niſi quatenus hoc ad eum puenit. de hoc in glo. puta p hoc. ff. de dolo exce. apud. §. illud de dolo. ſi ex dolo. de actu. emp. iulian⁹. §. idem iulian⁹. ꝛ dicit ¶ Dau. q̄ tenet p̄lat⁹ de eo qō ad eū puenit ſiue ſuo mādato illud factū ſit ſiue nō. ff. ō vi ꝛ vi ar. l. i. §. ſed ꝛ ſi cum qs. ꝛ. §. ſe. ꝛ ſm eū intelligiī puēiſſe ſiue ſit verſum in vtilitatē ſiue nō. ꝛ de hoc. j. in. i. q. ¶ Secūdo no. caſum in quo p̄latus incurrit ſuſpēſiōem ipſo iure p̄miſſo tñ eo de quo hic. ꝛ dicit Laud. q̄ ſi interim īmiſceat ſe diuinis erit irregularis. ꝛ ſic intelligit hic de ſuſpēſione ab officio. ꝛ hoc. j. q. vij. dicit etiā Lau. q̄ vltra hāc penā locū habz ſuo caſu pena de qua d. xi. §. ver. quibus. in. v. no. ¶ Quero in eo qō dixi in primo no. q̄ p̄latus tenet ex delicto monachi an ꝛ quādo eccleſia teneaī ex ꝯctu vel ex delicto pſone. Sol. vt no. de fideiuſ. q̄ quibuſdaz. vbi dixi in pluribus qōnibus Lau. aūt hic diſtinguit: q̄ aut habet eccleſia mādatū ꝯpētēs vel a maiori pte vſq ad certā ſūmā. ꝛ vſq ad illā fiet executio de bonis eccleſie. d. c. q̄ qbuſdā. idē ſi non habet mandatū ſed alias ſibi cōpetit de iure vel cōſuetudine obligare vſq ad tantam ſummā. de dona. aplice. ꝛ. c. ceterū. ſi aūt non eſt taliſ aut poteſt ꝓbari verſū in vtilitatē eccleſie aut nō. ſi ſic. adhuc idem ſi durat verſum vt in edificia eccleſie vel ſimilia. d. c. q̄ quibuſdā. ſed ſi nō durat verſum vt in cibis monachoꝝ ꝛ ſilibus opiniones ſūt. quidā dicūt executiōem faciendā in bonis eccleſie. alij ꝛtra. qō ꝓſequitur Jnno. in. d. c. qō quibuſdam Lau. diſtinguit: quia aut illud verſum fuit factū ꝓbabiliter ꝛ tenetur eccleſia vt pro cibis cōpetentib⁹ monachoꝝ. ſecus ſi nō ꝓbabiliter vt pro cibis eoꝝ ſuperfluis. de ꝓcur. c. ij. in fi. dic melius vt dixi in. d. c. q̄ quibuſdā. q. ꝛ. vbi dico q̄ hec diſtinctio an duret verſum vel nō. nō habet locū hoc caſu ſed ꝓcedit qñ augeī vtilitas ipſius mutuātis qui mutuauit in meliorando p̄dia quoꝝ fructus ad ipm ptineāt. ff. de impen. l. i. ij. ꝛ pe. vbi de marito ad quem ptinēt fructus rerum dotalium in quibus rebus ſi facit ſumptus ꝓcedit diſtinctio an verſum ſit duraturū an non. qñ enim nō eſt duraturū videt on⁹ ſpectare maritū. q: eius qō expendit habet fructus ampliores. q̄ ratio ceſſat in eo qui mutuat eccleſie. ſi vero ꝓbatur verſū. dicit Lau. q̄ aut ex delicto vel quaſi aut ex cōtractu vl' quaſi. ſi ex delicto vel quaſi aut deliquit circa rem feudalē vel circa alienationē rerū aut circa alia. ſi circa rem feudalē perdit feudum q̄diu vixit ſed poſtea reuertit ad eccleſiā. ꝛ. colla. de capitulis conradi. c. vno. §. itē ſi clerici⁹. qō dixi de iſti. cū veniſſent. in. ii ij. q. ſi circa alienatiōem vt qui a pro alien⁹ debitis cōcedit literas vel ſi illa ſuſpenſus eſt ab adminiſtratiōe ſpūaliū ꝛ tēporaliū. de ſolu. ſi quoꝛūdā. ꝛ ſi interim adminiſtrat erit irregularis. dic contra in hoc vltimo. quia in dicto. c. non ſuſpendit ab officio vel diuinis. ideo adminiſtrans non efficitur irregularis. quod dico in dicto. c. q. xiij. ꝛ quia Laud. non dicit hoc caſu an teneaī eccleſia. dic q̄ non tenetur: quia non valet alienatio niſi ſeruata forma. xij. q. ij. ſine. ſed tamen illud. c. ſi quorundam. non loquitur de alienatione pro alienis debitis. ꝛ licet eccleſia non obligeī niſi quādo p̄latus cum capitulo contrahit dicto. c. q̄ quibuſdam. tamē p̄latus tenet ad penam dicti. c. ſi quorundam. quia ex facto ſuo grauaī eccleſia de facto. vt no. c. c. in glo. i. ſi aūt delinquit circa alia tūc ſi habet vnde ſolvat punietur in alijs bonis non in bonis eccleſie. de appel. reprehenſibilis. Jtem poterit poni ad cōnes vel alias affligi. vel fiet executio in fructib⁹ ſuoꝝ beneficiorum. de depoſito. grauiſ. vbi de hoc. ꝛ de conſenſu eccleſie vt ibi ꝛz Laud. dic hoc vltimū quod dicit de conſenſu eccleſie nō eſſe neceſſarium. nam ꝛ alias citra conſenſum eccleſie de fructib⁹ debet p̄latus ſatisfacere pro debitis. de fideiuſ. c. ij. ꝛ ſic etiaz pro delictis. ꝛ ratio quare ibi compoſitio fit cum canōicis ſuper redditibus delinquentis ꝛ non cum ipſo delinquēte eſt quia forte fueret p̄uatus vel ex aliqua cauſa lucrabūtur canonici eius fructus. vt ibi dixi in primo contrario. teneret autem cōpoſitio cum p̄lato facta tantum perſonaliter. de tranſac. veniens. ideo forte ibi fit cum canonicis. vel quod ibi dicit q̄ de redditiuum perceptione ſolueret. poteſt intelligi de redditib⁹ eccleſie ꝛ non ipſius delinquentis. ideo fit ibi cōpoſitio cū eccleſia. quare aūt illo caſu teneaī eccleſia ibi dixi. in. i. ꝯrio. ſi vō eſt obligatus ex cōtractu vel quaſi. aut habet bona propria ꝛ i illis fiet executio. de pig. c. iij. aut non habet bona ꝛ aut habet beneficiū aut nō. ſ. ſic. aut eſt tale beneficiū cuius fructus facit ſuos vt quia eſt ſimplex p̄benda ꝛ in eis fiet executio de fideiuſ. c. ij. aut non eſt tale cuius fructus faciat ſuos. ꝛ tunc

nō ex ꝙuentiōe ptiū sed officio iudicis fiet executio in talia. vt no. in. d. c. ij. in glo. pe. fin Laud. dic nō referre q̄le sit beneficiū: q⁹ indistincte pōt prelat⁹ obligare fruct⁹ suo tpe nec ꝑiudicat ecclesie si fiet executio in talia. qō dixi in. d. c. ij. in. vj. ꝓrio. si aūt nō habet beneficiū nec patrimoniū sufficit q⁹ cedat bōis de solu. odoardus. vbi de hoc in tertia ⁊ vltima gl. qō dic vt dixi in. d. c. odoardus. in ꝓmo ꝓrio. ⁊ per ibi no. patet q⁹ si certū est q⁹ soluere nō pōt non est necessaria cessio. ¶ Secundo q̄ro q⁹ hic dicit de satisfactiōe facienda psonis ecclesiasticis. qd de laicis? Glo. laicis soluit q⁹ in illis nō habet locū hic. v. idē Paul. ¶ Tertio quero in eo qō dicit de plenaria restituti one an prelati indistincte ad hanc tenētur? Glo. ꝙ concordat. sol. q⁹ tenētur q̄ñ ꝓceptū ad illū sufficit. vult dicere q⁹ tenentur si tūñ ad eos puenit: q⁹ nō tenētur in plus vt hic i littera ibi quo quo mō puenerint. de hoc ſupra in primo no. ⁊ in prima qōne ⁊ q⁹ prelatus vel ecclesia nō teneat ex delicto religiosi nisi q̄tenus ad eam puenit. facit regula delictū. li. vi. xi. q. i. de psona vbi de hoc. ⁊ exponit Ben. plenariam. i. sine diminutione. ¶ Quarto quero in eo q⁹ isti debēt requiri vt satisfaciāt an sufficit vnica requisitio? dic q⁹ sic. vt no. de deci. cle. i. in gl. concordat. ⁊ hoc vult hic glo. facit in eo q⁹ ibi remittit. ¶ Quinto quero qs requiret. Gl. e. sol. q⁹ hi quoꝝ itereſt. idē Paul. ¶ Sexto quero an prelati tenētur offerre satisfactiōem? sol. Benz. q⁹ non. sed interpellatio necessaria. ꝑ hoc lra in verbo requisisti. ⁊ qō dixi in duab⁹ ꝓcedētib⁹ qōnib⁹. sufficit ergo q⁹ post requisitiōem prelati nō sint in mora. ff. quoꝝ. lega. l. vlt. §. i. ¶ Septio quero an suspensio de qua hic est ab officio an ab administratiōe? Glo. declarari. dicit q⁹ declarari debuisset tñ intelligit de suspenso ab officio. idē Paul. ⁊ Ben. q⁹ cum hic nō dicat a quo fiat hec suspensio debet intelligi ab officio vt pena posit esse vniformis oībus religiosis. Ex his not. q⁹ nomie suspensionis intelligit̄ de suspensiōe ab officio. qō simpliciter. pbatur in hac lra iuncta glo. ¶ Octauo quero an hec suspensio ab officio includat suspensiōem beneficij? Glo. e. remittit ad no. in cle. cupientes. de penis. Benze. dicit q⁹ non. Paul. ꝓsequit recitando opiniōes que etiā recitant. in. d. cle. cupientes. in gl. no. nouā. Quibus ꝓmissis distinguit q⁹ aut loquit̄ de suspenso ab officio ꝑpetuo aut ad tēp⁹ aut simpliciter ꝓmo casu suspensus ab officio est etiā suspensus a bñficio: q⁹ talis suspensio habet vim ꝓuationis. ꝑ hoc qō dixi de re. ec. non alie. cle. i. ⁊. si quis. in. iij. q. secūdo casu si loqmur de bñficio qō datur interessentib⁹ diuinis etiā a tali suspenso est cū nō habeat executiōem officij. sec⁹ si loqmur de alio bñficio: q⁹ tūc nō est suspensus nisi aliud in sñia dicat̄. facit de symo. c. pe. de tēp. or. vel nō est vbi tali suspenso ꝓuideri mādat̄. ad idē de censi. exigit. li. vi. in fi. vbi suspendit̄ ab vtroq⁹ quasi nō sufficiat alterius expressio. tertio casu ex vi vocabuli suspensus ab officio non est suspensus a bñficio. q̄ no. ⁊ dic vt dico. in. d. cle. cupientes. ⁊. qd si. q. iij. ⁊ de hoc vltimo etiā i se. q. ¶ Nono quero q⁹ dixi in ꝓma qōne q⁹ suspensus simpliciter est suspensus tantum ab officio an pōt ei subtrahi beneficiū? sol. Paul. q⁹ aut est suspensus ꝑ leui culpa aut graui. primo casu non debet subtrahi nisi sit in mora petēdi absolutiōem. secūdo casu subtrahi pōt que declara p ea que dico. in. d. cle. cupientes. ¶ Decimo q̄ro in eo q⁹ suspendūtur ꝓlati vsq⁹ ad satisfactiōem an post satisfactiōem desinūt esse suspensi? sol. Ben. videt̄ dicere q⁹ sic. ꝑ id quod no. Inn. de coha. cle. sicut. Cōtrarius tamē tenet ꝑ id qō no. Inno. de eta. ⁊ qua. cum bone. ⁊ hoc verius: q⁹ necessaria est absolutio. vt no. de deci. cle. i. in gl. sic suspensi. vbi dixi. i xxx. q. ¶ Undecimo quero an pendēte hac suspensione celebrans sit irregularis? Ben. sol. q⁹ de quolibet suspenso dicit. q⁹ aut est suspensus suspensione dei ꝓpter peccatū ⁊ statim cum satisfacit definit esse suspensus. secus in suspenso a iure vel ab hoie q⁹ tunc est irregularis. de re. iudi. c. i. li. vi. de sen. ex. c. i. eo. li. dic clarius vt dixi. de coha. cle. vestra. in. vj. ꝓrio. vbi dixi q⁹ si per modū sñie quis suspendit̄ a canone celebrans est irregularis. vt in iuribus ꝓme alleg. secus si non per modū sñie sed denūciatiue sicut de fornicario ⁊ symoniaco dicit̄ in canone q⁹ sunt suspensi. tunc enim celebrando non fiunt irregulares. de sen. ex. is qui. li. vi. ¶ Duodecimo q̄ro an suspensio nē de qua hic incurrāt ꝓlati ipso iure? sol. Paul. q⁹ sic. qō itelligē post requisitiōem. de qua. s. in. q. iiij. v. ⁊. vi. ⁊ sic plus puniunt̄ ꝓlati nō satisfaciētes q̄ religiosi faciētes. ℨ hanc cle. q⁹ ipsi non incurrūt penā ipso iure. sed per sñiam puniuntur. s. ver. ꝓrimo.

Ver. Sane. Nota de domesticis ⁊ qui dicant dic vt in. c. vlt. de ver. sig. li. vj. ad quod remittit glo. ij. ⁊ de multiplici genere familie. no. archidi. de ꝓuil. licet. li. vj. ¶ Quero in eo qō dicit de religiosis ꝓuilegiatis a sede apostolica sup cōcedendis sacramentis ecclesiasticis quis possit hoc ꝓuilegium concedere? Sol. vt in glo. generale. ¶ Secō quero an qō hic dicitur de ꝓuilegio locum habet de consuetudine vt per eam possit cōpetere religiosis potestas de qua hic. Glo. vltima arguit q⁹ sic. per cle. quia contingit. in fi. de reli. do. quod tenet Ben. sed glo. ꝓrium tenet. ⁊ ad illā cle. respōdet cōcludens. q⁹ hoc casu nō pōt consuetudo id qō ꝓuilegiū. qō singulariter no. ⁊ idē Paul. licet ꝓrium videat dicere. s. e. cle. sed non ꝓdicit. vt dixi. s. e. cle. in ꝓn. q. xvi. ⁊ dicit Steph. q⁹ ratio quare hoc casu nō valet consuetudo. est ne detur religiosis materia fingendi consuetudinez vbi non est. ¶ Tertio quero de intellectu littere ibi ex ꝓmissis? sol. Paul. exponit id ex collatione sacramētorū eucharistie ⁊ extreme vnctionis. de qbus. s. in ꝓn. ꝓpter que nō incurrūt aliquā penā lz sint in aliena parrochia. nec ꝑ hoc detrahit eoꝝ ꝓuilegio licet deroget ꝓuilegio exemptionis. s. in ver. quos etiam.

a **Archiepiscopo.** Supta est ex his que no Inno. ⁊ Host. de vsu pal. c. fi. ⁊ que no. v. q. iij. c. i. xviij. q. ij. luminoso. ⁊ ꝑ archidi. ō of. ordi. cū ep̄s. li. vj. Laud. ⁊ Alb ath. ¶ Nota de locis exēptis ⁊ quō cognoscāt. gl. ij. remittit. ¶ Secō no. q⁹ archiep̄s pōt declinare etiā ad loca exempta sue ꝓuincie. de hoc in gl. iij. q̄ inducit. de ꝓscrip. cū ex officij. illud tñ loqt̄ de nō exēptis. sed q⁹ ibi dicit de exēptis ꝫ extendit̄ ad exemptos. ⁊ exponit Paul. lra ꝫ ibi. declināti forte vt sospiteꝫ. ⁊ tunc ꝫbet gratiose recipere ea que ei parantur de censi. cle. ii. ibi tamē loquit̄ quādo declinat ad monasteria. ¶ Tertio no. q⁹ quilibet archiep̄s pōt ante se facere deferri crucem. de hoc in glo. iiij. ⁊ dic q⁹ pōt facere deferri per totam suā ꝓuinciā. vt hic ⁊ in iuribus allegatis in hac glo. ⁊ hoc etiam in locis exemptis sue ꝓuincie. qō vltimū ꝓbat hec cle. ¶ Quarto no. q⁹ archiep̄s pōt benedicere populo per totaꝫ ꝓuinciā. ⁊ dicit Ben. q⁹ per talem benedictiōem delent venialia. de hoc in ꝓmio sexti. in gl. vlt. ⁊ dixi. s. cle. ꝓri. in ꝓn. q. ix. in fi. de qua autem benedictione hic intelligatur. dico. j. q. v. ¶ Quinto no. q⁹ archiepiscopus potest diuina celebrare vel celebrari facere in quolibet loco sue ꝓuincie. imo etiā extra ꝓuinciam. eo. ti. c. fi. li. vj. sed ibi non dicit q⁹ in pontificalibus. nam etiam intra ꝓuinciam non potest archiep̄us facere sibi celebrari in pontificalibus extra suā dioceſiz. vt hic ⁊ de hoc. j. in. iij. cōtrario. ¶ Sexto no. differentiaz an archiepiscopus per se celebret an celebrari faciat. quod dic vt in gl. ponit que etiam ponit tertium membrum. de hoc. j. q. ix. ¶ Septimo no. casum in quo ꝓuilegium exemptionis nō potest contra dioceſanū. ꝓ hoc littera ibi. quouis ꝓuilegio contrario non obstante. ⁊ dicit Paul. q⁹ multi super hoc erāt ꝓuilegiati quorum ꝓuilegia tolluntur his verbis. concor. de sepul. eos. in fi. ¶ Octauo no. ꝓuilegium archiepiscopi de quo aliud colligitur. de pe. ⁊ re. c. pe. de censi. c. fi. li. vj. ⁊ tā archiepiscopus q̄ episcopus in multis ꝓuilegiati sunt. eo. ti. q⁹ nonnullis. de peni. ⁊ re. c. vlti. de hoc in spe. ti. ij. §. nunc de episcoporum. versi. generaliter. qui per aliquos signatur ꝓ §. ¶ Nono q⁹ non liceat archiepiscopo facere deferri crucē ante se per loca exempta cum in talibus locis non possit exercere iurisdictionem. de offi. ordi. cum episcopus. lib. vi. Solu. Laudu. q⁹ potest vti insignijs que sunt voluntarie iurisdictionis ⁊ honoris. alij autem que sunt contentioſe iurisdictionis vt celebrare ordines vbi requiritur examinatio. xxiij. di stin. quando. ⁊. c. se. vel sedere ꝓ tribunali. d. c. cū episcopus vel crismare in fronte non potest vti in loco exempto vel extra ꝓuinciam nisi inuitetur per illos ad quos loca pertinēt ar. vij. q. i. episcop. ⁊. c. sicut. remittit ad no. de sta. mo. cle. attendentes. §. statuimus vbi dixi. q. vij. ⁊ sequen. ⁊ de so. com pe. cle. vna. in ꝓn. q. i. ex his videtur Laudu. velle q⁹ facere portare crucem possit archiepiscopus iure cōmuni. ⁊ idem sentit Ben. ⁊ Steph. qui dicit q⁹ archiepiscopi per totam ꝓuinciam ante se faciunt deferri crucem. sed quattuor patriarche vbicunq⁹ ꝓterq̄ in vrbe. vel vbi est papa vel legatus vtēs i signijs aplice dignitatis. eo. tit. antiqua. dic q⁹ delatio crucis licet nō sit cōtentioſe iurisdict ōis. est tamen insigne sapiēs superioritatem. ideo non pōt vti archiep̄s in loco exempto. cessante ꝓuilegio qō hic cōceditur. ꝑ hoc littera ibi duxim⁹ cō

cedendus.⁊ quod dico vt lite penden.c.i.in.iij.contrario.
¶ Secūdo op.ad hoc qđ dixi in ,primo ꝺ̄nio q extra ,puinciam pōt exercere ea que sūt cōtentiose iurisdictionis si mittatur ab his ad quos loca pertinēt.q imo nō possit.de vsu pal. extuarū. Sol. ℙdan.q illud est in pallio.vt in.d.c. ex tuarū ⁊.c.i.⁊.ij.⁊.c.ad honorem. vult dicere q etiā ex licentia dioc̄esani non potest vti pallio extra prouinciā:q: cōcedit sub hac limitatione vt vtatur tantū infrā ,puinciā. dictis iuribus. ⁊ ꝺ̄ hoc.j.in.vii.q.⁊.j.§.simili.in.vj.q. ¶ Tertio op.in eo q ꝑmittit archiep̄o facere celebrari in sua ,puincia i loco exempto sine pontificalibus faciendo per dioc̄esanū celebrari.j.§.simili? sol. ℙdan.stando contrario ⁊ sic q hic dicit sine pōtificalibus loquit si facit celebrari per ep̄m non dioc̄esanū.ex hoc inferf q sibi licet per se id quod non per alīū.q: pōt per se in pōtificalibus celebrare in loco exempto.nō aūt celebrari facer vt hic.de hoc.j.§.simili.in glo.in pontificalibus. ¶ Quero in eo q dicit de archiep̄o.quid est archiep̄s? sol. Lau.q est princeps.xij.di.cleros.lxxx.di.per totum. ¶ Secūdo quero q̄tū plus ordinis vel honoris habet archiep̄s q̄ ep̄s? sol. Lau. q nihil respectu ordinis ep̄alis in sua substātia .i.respectu caracteris.nam tantū habet quo ad hoc simplex ep̄s quā papa .sz respectu executionis ⁊ exercitij maiorē sollicitudinē habet archiep̄s.⁊ dicit Laud.q papa est sup oēs ꝑmates ⁊ primates sūt dez re.licet differūt noīb⁹.xcv.di.§.i.⁊ se.dicit etiā q metropolitan⁹ ⁊ archiep̄s idem sūt.sed metropolitan⁹ trahit nomē a metros quod est mensura ⁊ polis ciuitas ⁊ sic trahit nomen ab eccl̄isijs ⁊ earū numero.archiep̄us vero a ꝓfotus.ab archos quod est princeps ep̄oꝝ.vt dixi.s.q. ꝑx. ¶ Tertio quero in eo qđ hic dicit archiep̄o licere facere ante se crucē deferri p ,puinciā in locis per que facit transitū an hoc liceat idistincte? sol. Gen.q sic.dicens q ei licet etiā si nō visitet. nam si visitaret nō esset dubiū.de cen.c.vlt.li.vj.dic q ibi hoc non ꝓbat.⁊ ideo etiā dum visitat q hoc possit est ex ꝑuilegio huius cle. ¶ Quarto quero an expedit q archiep̄s in vrēdo iuribus de quibus hic habeat licentiā dioc̄esani? sol. Lap.q si per lr̄am ibi libere ⁊ sic nullo requisito.simile.de ap. fi.a iudice.li.vj.de censi.romana.§.sane.co.li.de fo.cōpe.cle. vna.§. eisdē.tamen in.d.§.eisdē debet requiri licentia qua nō habita libere pōt procedi.⁊ idē.j.ti.ꝑ.cle. vna. ¶ Quinto quero ꝺ̄ quis benedictiōe loquit hic gl.solēniter? sol.q de solēni. ⁊ idē ℙdan.⁊ Sen.⁊ dicit ℙdan.q etiā pōt hic intelligi de benedictione quā iterādo infundunt populo.ꝑ hoc littera ibi tranſitum.⁊ de ꝑuil.abbates li.vj. dicit etiā q solēnē benedictionem de qua in hac glo.non facūt p̄sbyteri.vt no.xcv.di.cece dicit etiā q benedictio qñ qz imperatiue sumit ⁊ tūc ꝓprie dei est.licet detur ministerio benedicētis ⁊ est satisfactiōis infusio xxviij.d.p̄sbyterū.i.q.i.dictū.⁊.q.ij. quāpio.qñ qz optatiue xxxij.q.i.qui ꝑ persecutor⁹. ¶ Sexto quero an in loco interdicto possint benedicere eo modo de qua in ,pri.q. Sol. ℙdan.q tutū est abstinere.maxime si locus est interdict⁹ ꝓpter delictū populi.q: tunc persone interdicte non sunt capaces illius gratie.tamen si contra fiat faciens non est irregularis.de sen.ex.is qui.⁊.c.se.li.vj.q aūt tunc ꝓsone sunt interdicte.ꝓbat de sen.ex.si sūa.§.ceterū.li.vj.⁊ ibi no.in glo.no. ¶ Septimo quero eo casu quo archiep̄s celebrat in pontificalibus an possit vti pallio? Glo.intelligo.soluit q sic.⁊ idem ℙdan.⁊ Sen.quod itelligo quo ad ecclesias exēptas vt qđ habeat dubiū.nā ꝺ̄ non exemptis determinatū erat q poterat de vsu pal.c.i.Steph.tamen dicit q in ecclesijs exemptis licz possit vti pontificalib⁹ vt hic.non tamē pallio.nam nec semp archiep̄s celebrans in pōtificalib⁹ vtit palio.vt no.in.d.c.i. ꝑmū verius:q: pallū cōputat inter pōtificalia que hic indistincte ꝑmittūtur licet in aliquo habeat strictiorē vsum.vt dico.j §.simili.in.vj. ¶ Octauo quero cum ep̄s vel archiep̄s celebrant in ecclesia exempta cum sapiunt superioritatem ita demū pōt vti si nō ꝓhibeat a dioc̄esano vt cuius erūt oblatiōes videt q dioc̄esani:q: tota dioc̄esis est parrochia ep̄i.xvj.q.iij. licet.⁊ alij curati dicūtur adiutores ep̄i.de off. archipr̄eby.c. fi. Itē oblationes veniunt accessorie ad missam. ⁊ sic debent celebranti.ar.regule accessoriū.li.vj. In cōtrariū q: nō ꝯcedit̄ nisi vt celebrent ⁊ de oblatiōibus nihil dicitur? sol. Jo.de lig.arguit.vt.s.⁊ non sol. ℙde.de ancha.dicit q si celebrant exequendo officiū pastorale debent eis oblatiōes.ar.regule accessoriū.li.vj.secus si volūtarie vt magis subueniat in necessitate cōstituto.ar.ff.qui satisda.co.si fideiussor.de offi.ōle. ab arbitris.li.vi.dic q de vbanitate dimittit celebrant.sz de iure debent,ei cui competūt iura parrochialia.cōputant enim inter iura parrochialia.qđ dixi de parrochijs in rubrica.q.ij. ⁊.iij. ¶ Nono quero in eo qđ dixi in.vi.no.ꝺ̄ns esse an ep̄s celebret an faciat celebrari? in quo est differētia. Gl.ponit hec enumerat tria.aliud est eni celebrare aliud celebrari facere ꝯsi auctorizādo.aliud audire simpliciter.qđ ꝓsequere.vt in glo. de hoc per archi.de sen.ex.c.i.li.vj.

Ver. Simili. Nota similitudinē de archiep̄o ad ,puinciam ⁊ de ep̄o ad dioc̄esim.quod ꝓbat verbū simili relatū ad ꝑcedens responsū. Ex hoc arguit Laud.q archiepiscop⁹ tantum habet in tota prouincia quātū ep̄s habet in sua dioc̄esi.⁊ de hoc.j.q.i. ¶ Secundo no.q loca exempta sunt in dioc̄esi.qđ ꝓbat lra ibi locis eisdē sue dioc̄esis.exponēdo eisdē.s.exēptis.vt exponit gl. de hoc.j.in.iij.q. ¶ Quero in eo quod dixi in primo no. q tantū habet archiep̄s in sua ,puincia quātū ep̄s in sua dioc̄esi an hoc sit verū? sol. Laud.q nō per oīa.⁊ q hic fallit similitudo veritatis.vt in simili dicatur.xxvij.q.i.nuptiarū.ver.p inde.nā archiep̄s non debet aliquid ꝑsumere excōicādo vel iudicādo vel quid agendo in dioc̄esi sin suffraganei absq; ei⁹ cōsilio vel iudicio.alīs subiacebit periculo sui gradus.⁊ quod egerit irritum erit.ix.q.iij.nullus.⁊.c.prece.in prin.habet eni iurisdictiōem in ep̄os suffraganeos ⁊ eoꝝ officiales principales.de offi.or.pastoralis.in prin.⁊.c.romana.li.vj.sed in subditos suffraganeoꝝ regulariter nullā habet iurisdictionē. sal lit in casibus notatis.in.d.c.pastoralis. Ex hoc dicit Lau.q qui habet querelā cōtra ep̄m vel eius officialē pōt adire ep̄m per simplicem querelā.de sen.ex.venerabilib⁹.§.sed si excōicatus.li.vi.sed si duo subditi ep̄i litigant vel ep̄s cōtra subditum non pōt archiep̄s nisi per appellatiōem adiri.d.c. venerabilibus.in prin.de notorijs tamē pōt archiep̄s corrigere subditos ep̄i cum visitat ,puinciam.de censi.c.i.§.notoria.lib.vi. Item punire eos qui impediūt suam iurisdictiōem vel iniuriātes sibi vel nūcijs seu familie sue.de pe.c.i.li.vi. ¶ Secūdo quero an possit archiep̄us vel eius officialis subditos suffraganeoꝝ ab excōicatiōe absoluere? sol. Laud. remittendo ad.c. venerabilē.preal. vbi distinguit in littera. ¶ Tertio q̄ro de quibus locis loquit hic ibi.locis eisdē. Glo.s. sol. q de exemptis vel circa hoc ꝑuilegiatis.pro hoc littera ibi ,simili modo. ¶ Quarto quero in eo qđ dixi in secūdo not.q loca exempta sunt in dioc̄esi an hoc sit verum? sol. Lau. q sic.⁊ hoc colligit ex lra dicens q sicut possessiones seu castra que sūt p franco alodio licet sint in regno.non tamen de regno.vt not Host.ꝺ̄ intrin.minus.de imu.ec.nō nim⁹.ita loca exempta sunt in dioc̄esi sed nō dioc̄esi.dicit tamē Lau. q originaliter ⁊ ex natura omnia loca sunt dioc̄esi quantū ad ea que sunt exercitij gladij seu iurisdictiōis ecclesiastice seu tpalis. licet accidentaliter per exemptiones seu ꝑuilegia quo ad quid nō simpliciter subtracta sint. de ꝑuil.c.i.li.vi.idem Sen. ⁊ Lap. qui arguit q aliud est dicere q locus sit dioc̄esis vel dioc̄esi q: locus exemptus est dioc̄esis vt hic vel in dioc̄es.de off. or.cuz ep̄s.li.vi.nō tamen de dioc̄esi.pro hoc quod no.de rescrip.ab batē.vt ibi dixi in prima qōne. ¶ Quinto quero an ep̄s possit celebrare in pōtificalibus in loco exempto sue iurisdictiōis Glo.in pōtificalib⁹ sol.q sic. Idem ℙdan.⁊ dic vt in glo. ¶ Sexto quero an in loco non sue iurisdictionis possit ep̄us celebrare in pōtificalibus. Gl.c.ibi scias refert opiniones cōtrarias. Inno.cum Host.⁊ eas cōcordat ⁊ dic vt in ea quaz signa.ibi dici pōt dictum Host.vsq; ad fi.⁊ idem ℙdaul.s. ꝑmo responso.⁊ in eo qđ dicit glo.q ep̄s potest extra dioc̄esim sine licentia dioc̄esani vti pōtificalibus sine iurisdictiōis exercitio.dic hoc verum ꝓter q̄ in his que sapiunt superioritatē.quod dixi.s.ꝑmo rūso.in.i.cōtrario.⁊ īsuper quo ad pontificalia que non sapiunt superioritatē ita demū pōt vti si non ꝓhibeat a dioc̄esano vt dicit glo.in opinione Host.quo vero ad loca exempta non potest per exemptos prohiberi episcopus intra dioc̄esim vel archiep̄s intra ,puinciam.⁊ hoc iduit hec cle. Item in eo quod glo.dicit q si ꝯcedit dioc̄esan⁹ q possit episcopus vti iurisdictione vel officio extra dioc̄esim poterit etiam vti pōtificalibus.dic vt in se.ꝯtrario. ¶ Opp.ad id quod imediate dixi de vsu pōtificaliū q nō possit episcop⁹ aliquo modo vti pontificalibus extra dioc̄esim.de vsu pal.extuarū.vbi non vtitur archiepiscopus palio extra prouinciam etiam de licentia dioc̄esani. Glo.c.ibi ⁊ in hoc soluit q in hoc differunt pontificalia a pallio.cuius strictior est vsus.quod dic vt dixi.s.ꝑmo responso in secūdo cōtrario.⁊ in.vij.q.⁊ de hoc.j.q.se. ¶ Septimo quero in eo q permittit episcopo facere coram se celebrari in loco exempto.an hoc possit in ponti

ficalibus? Glo. fine. q̄ non. p̄ hoc quia nec archiep̄s hoc potest. s̄. proximo responso. quod intellige quo ad hoc q̄ ipse alteri non potest dare auctoritatē vtendi pontificalibus. potest tamen alius episcopus coram ipso in pontificalibus celebrare: quia ut dixi in proxima questione episcopus potest celebrare in pontificalibus sine iurisdictione etiam extra dyocesim & hoc nisi prohibeatur ut ibi dixi. generaliter autem cū queritur vbi archiepiscopus uel episcopus possint vti pontificalibus? dic aut queritur de pallio quod etiaz computatur inter pontificalia. ut dixi. s̄. proximo responso. q. vij. aut de alijs. p̄mo casu potest archiepiscopus ea vti intra prouinciaz de vsu pal. c. j. etiam i locis exemptis. ut dixi. s̄. ea. cle. in p̄n. q. vij. sed extra prouinciam non potest etiam de licentia dyocesani. de vsu pal. ex tuarum. & dixi. s̄. q. p̄rima. Secūdo casu aut queritur de locis extra prouintiam uel dyocesim aut intra. si extra. aut sunt pontificalia cum iurisdictione uel superioritatem sapientia. aut alia. p̄mo casu non vtūtur sine licentia dyocesani. ix. q. ij. per totuz. quod dixi in proxima. q. & s̄. p̄rimo responso. in p̄mo contrario. tamen si habet licentiam vtendi iurisdictione poterit etiam vti pontificalibus ut dixi in proxima. q. si autem sunt pontificalia que nō sunt cū iurisdictione nec sapiūt superioritatem. aut non prohibetur a dyocesano & vti potest ut voluit Hosti. quod dic ut i glo. celebrare. aut phibetur. & tunc non potest ut in eadē glo. Si vero queritur de locis intra prouinciaz uel dyocesim. aut nō exemptis. aut exemptis. p̄mo casu potest suo iure. de offi. ordi. cum episcopus. li. vj. de censi. c. j. & fi. eo. li. secūdo casu de iure non potest: quia locus exemptus comparatur loco extra territorium constituto. pro hoc quod no. de consti. c. ij. li. vj. sed ex p̄uilegio huius cle. potest tamen quo ad celebrationem dic q̄ potest in pontificalibus celebrare: nō celebrari facere ut hic in p̄mo rn̄so. & dixi. s̄. ca. q.

Uersi. Si tamen. Nota q̄ episcop⁹ uel archiep̄s nō possunt exercere iurisdictionem in locis exemptis. de hoc in glo. facit quod dicit Laudu. verum de iurisdictione contentiosa. vj. q. iij. scriptum. Item etiam de voluntaria his exceptis que potiꝰ sunt honoris q̄ officij. de hoc. s̄. ea. cle. in p̄n. in. j. 2trario. & s̄. p̄rimo respōso. q. vij. ¶ Secūdo nota q̄ p̄uilegium intelligitur stricte quatenus concernit p̄iudicium alterius. eo. ti. sane. & c. in his. & quod ibi no. in glo. ij. regula p̄uilegium. li. vj. & dicit Dau. ex hac littera ibi: nullam. q̄ per hoc vniuersale negatiuū non est aliquid detractum p̄uilegio nisi quantum reperiatur expressum. vult dicere: q̄ exēptis uel p̄iuilegiatis non p̄iudicat in suo p̄uilegio nisi quatenꝰ hic exp̄imitur. pro hoc quod dico. j. q. j. & ij. & quod no. in glo. penult. & fi. ¶ Tertio nota q̄ p̄uilegiatus in aliquo non pōt ad aliud extendere. & dicit Benze. q̄ per actum honoris exercitatum de iure cōmuni non queritur ius in a ijs pro hoc quod no. Inno. de cau. pos. c. fi. de except. cum venerabilis. & facit quod no. idem Inno. de postu. prela. bone. ij. & Bar. ff. de iti. actuq̄ p̄ua. l. j. & p̄ hoc. eo. ti. quia intentionis. quod allegat glo. vlti. vbi p̄uilegiorum ꝓuocatio ius nouum non tribuit: nec vetus tollit. ¶ Quero an episcopi uel archiepiscopi celebrantes in locis exemptis possunt ibi concedere indulgentias? Sol. Dau. q̄ non: quia hoc est iurisdictionis & dignitatis episcopalis. de peni. & re. q̄ autem. & c. cum ex eo. no. Hosti. de excess. p̄la. accedentibus. ex hoc arguit contra quosdam exemptos qui in suis locis predicando dant ex concessione dyocesani indulgentiam. xl. dierum omnibus venētibus ad sermonem. nam sicut episcopus nō potest per se ita nec alijs cōmittere sicut econuerso. regula potest quis. li. vj. quod non videtur procedere. nam potest episcopus in loco exempto de concessione exemptorum dare indulgentias. de peni. & remiss. q̄ autem. ¶ Secundo quero si exēpti resistunt archiepiscopo ut in p̄mo responso. uel episcopo ut in secundo an poterūt in eos animaduertere? Sol. Lap. q̄ non. & hoc inducat hec lr̄a fm eum vult dicere: quia hic dicitur q̄ non possint exercere iurisdictionem uel ius acquirere nisi ut. s̄. dicit ergo Lap⁹ q̄ agent coram superiore exemptorum qui eos coget ad parendum huic constitutioni & non parentes puniet. pro hoc de iurepatro. nullus.

¶ De penis. Rica.

Jquis suadente. Diuide ut in gl. & p̄mam partem subdiuide: q̄ primo percutientem ep̄m capientem uel bannientem &c. excōicat & cum hoc aliter punit in seipso. secundo cum punit in eius filijs. ibi ipsius. tertio in terra ipsi⁹ ibi: terra. quarto mādat eū publicari ibi: & quia. quinto punit ciuitatem premissa facientem ibi: ciuitas. sexto potestatem cōsiliarios & officiales ipsius ciuitatis in hoc culpabiles ibi: potestas. septimo dicit penas p̄missas aggrauandas in interfectoribꝰ ep̄orum ibi: que omnia. Et dicit Lau. q̄ hec cle. facta est ad executionem illoꝝ iuriū. xvij. q. iuj. si quis deinceps. co. ti. in quibusdam. ¶ Nota q̄ mala fiunt suadente dyabolo. de hoc in glo. ij. & dicit Ben. q̄ ei ob multiplicitatem peccatoꝝ humani generis nocendi facultas dicitur diuinitus permissa. vij. q. vlti. scisciteris. . xxvj. q. v. nec miruz. xxiij. q. j. quid culpatur. deordinatio tamē est ab homine ob liberum arbitrium quod habet. xxiij. q. iiij. nabuchodonosoꝛ. xxiij. di. qui ep̄s. de pen. di. ij. si enim. ex hoc arguit Dau. q̄ sic de quo hic non fieret suasiōe diabolica puta ignoraūter non esset locus penis infrascriptis. de sen. excō. si vero. & de hoc. j. in. vj. notabili. ¶ Secūdo nota q̄ diuersa sunt genera sacrilegiorum quod innuit littera ibi: in hoc sacrilegij genus. & sic presupponit q̄ sit & aliud genus. de hoc in glo. sunt enim. & per Inno. de senten. excō. cum pro causa. de hoc. j. q. j. ij. & iij. & dicit Bēze. q̄ hic dicitur sacrilegium q̄ committitur in personam clerici. xvij. q. j. quisquis. & est tāto maius crimē quāto maior est is in quem perpetratur. ff. de re mili. l. ij. & l. oē delictum. §. j. de hoc. xxij. q. v. qui periurat. ¶ Tertio nota de immunitate pontificis cōcessa per hanc cle. & dicit Laud. q̄ dicitur pontifex quasi pontem alijs faciens ad patriam celestem. xxj. di. clerus. de hoc de constitu. c. j. li. vj. per archidi. ¶ Quarto nota ibi: ceperit. q̄ quandoq̄ hoc verbū sumit in malū ut hic. de homici. sicut. ver. alli aūt. quandoq̄ in bonum. de purga. cano. iuris. in p̄n. quandoq̄ accipitur pro incohoare. xj. q. iij. cepisti. xxiiij. q. j. c. vlti. de hoc per archi. co. ti. felicis. in p̄n. li. vj. ¶ Quinto nota q̄ ratihabitio in malefitio equiparatur mandato. qō precedit quando delictuz cōmissum fuit nomine ratum habentis. de hoc in glo. oportet & ff. de vi & vi ar. l. j. §. sed & si cum quis. ¶ Sexto nota ibi scienter. q̄ ut sit locus pene de qua hic oportet q̄ scienter fiat. de hoc in glo. qui hoc allegat. & dicit Dau. q̄ requirat q̄ sciat eum esse pontificem. de cler. excō. mi. si celebrat. de consangui. cle. vna. ¶ Septimo nota q̄ ante hanc cle. non erat indistincte excōicatꝰ faciens ea de quibus hic. de hoc in glo. i bāniente. & in ver. canones. & dico. j. q. xv. & exēplificat Bē. per. c. felicis. eo. ti. §. illud autē. v. in illis casibus in quibꝰ nō interuenit manuū iniectio: aut persone inclusio. ¶ Octauo nota casum in quo consuetudo non tenet. quod est quia hic expresse derogat consuetudini alꝰ valet. de consuet. c. vlti. & quod ibi no. ¶ Nono nota q̄ anathema dicitur mucro et quid dicatur anathema no. de iudi. cuz non ab homine. & dicit Dau. q̄ est mucro corrigens & disciplinans. xxj. q. ij. visis. in fi. de sen. excō. dilecto. li. vj. & est alius mucro eradicās de hōici. c. j. li. vj. de purga. cano. inter. in fi. vbi per hosti. de multiplici mucrone. ¶ Decimo nota casum in quo qs est excōicatus ipso iure. de hoc. j. de sentē. excō. cle. j. in glo. ē sciendum. ¶ Undecimo nota casum in quo ab excōicatione canonis absoluit solus papa. de hoc in glo. in ver. pontificem. si. de here. cle. multorum. in fi. s̄. ti. p̄rimo. c. j. in p̄nci. ¶ Duodecio no. q̄ in articulo mortis absoluit quis ab eo a quo alꝰ absolui nō poterat. de hoc. s̄. ti. j. cle. j. in glo. nisi. ¶ Decimotertio nota q̄ iniuria irrogata ep̄o irrogat ecclesie cui p̄eest. pro hoc lr̄a ibi: p̄eest. sic & alꝰ eligentes indignū sunt suspensi per triennū a beneficijs que obtinēt ab illa ecclesia. de elec. si cōpromissarius. §. penul. li. vj. & idē de impugnantibꝰ electionē & in ꝓbatione deficientibus. eo. c. §. vlti. ¶ Decimoquarto nota ibi: ipso facto. q̄ hoc casu absq̄ alia sententia ē locus huic pene. dicit tñ Dau. & Bēze. q̄ necessaria ē sententia declaratoria delicti cōmissi. de here. cū scōm li. vj. p̄ hoc quod no. archidi. & Jo. an. eo. ti. felicis. in p̄n. li. vj. ¶ Decimoqnto nota casum in quo qs est p̄iuatus ipso iure beneficio uel alio cōmodo qō habet ab eccl̄ia: & libere reuertit ad ecclesiam: & sic poterūt beneficia libere cōferri. nō tamē eidez. de elec. cōmissa. §. porro. li. vj. ¶ Op. q̄ hec cōstitutio sit minuta. nō enim puidet ꝓtra eū qui hostiliē inse-

quitur pōtificez.sicut puidet.c.felicis.eo.ti.li.vj.glo.in ver. bānuerit. soluit q illa in aliquo prouidet in quo non ista ꝛ econuerso. ¶ Scdo op.q bannīs ep̄m non incurrat excōi cationem nisi hoc faciat cū inclusione carceris.de sentē.excō. nuper.So.Lau.stat contrario. Benze.cōtra p hanc lram. ibiq̄ illis casibus in quib⁹ excōicationē per canones subiret quod est verius ꝛ hoc inducit hec cle. ¶ Tertio op.in eo q dicit de mandante.non enim deberet puniri mādans nisi se cutum sit maleficium.quia verba cum effectu sunt intelligē da.de cleri.non resi.relatū.glo.no.sol.q hoc casu per solum mandatum perficitur delictu ꝛ in ß tamen non persistit. sed dicit hic intelligendum quādo factū intercessit.ꝛ idē ℙdau. Benze.tenet p̄mum q ex solo mandato tenetur:alis nihil ē hoc speciale in ep̄o:qs̄ tamen vult inducere hec cle. ut patet j.ver.nec sup hoc.p hoc inducit hāc lram q̄ loqtur alterna tiue ibi:uel hec mandauerit.puto glo.veriorem: quia man dans ideo tenetur: quia dicitur facere id quod alius suo mā dato facit.de sen.excō.mulieres.que ratio cessat si factū non est secutum .vnde licet mala voluntas q̄ detegetur in eo qō mandat sit puniēda:non tñ debet eque puniri ac si factum se cutuz eēt. ¶ Quarto op.in eo q punit eum qui rata habet hec facta ab alijs.non enim locū habet ratificās nisi facta sint eius nomine.de sentē.excō.cuz quis.regula ratū.li.vj.ff.de vi ꝛ vi ar.l.j.§.sed ꝛ si.solvit ℙdau. stando cōtrario ꝛ sic de bet hic suppleri q eius nomine facta sint. ¶ Quinto op. in eo q dicit de consulente:quia non deberet pariter puniri ut p̄cipaliter delinquens.regula nullus ex consilio.li.vj.So. ℙdau.q hic loquitur de consilio fraudulento non de nudo q nihil adijcit ad peccatum.ut no.de sentē.excō.nup in glo. ij.de homici.sicut dignū.§.clericos.de renunci.sane.ꝛ.c.le cte.lxxxvj.di.tanta.ff.de re iudi.consilij.d.regula nullus ex consilio.vbi de hoc.ff.de ver.signi.sepe.in fi.insti.de obli.q̄ ex qua.del.§.ope.ꝛ dicit ℙdau.q prestatur consilium sua dendo rogando mandando instruendo uel vtilitatem un de secutam ostendendo. ut no. Inno.de homici.ad audien tiam.ꝛ pbatur.ff. de fur.l.in furti.§.consilium. dicit etiam ℙdau.q hic non prouidetur de nudo consilio. sicut.eo.ti.fe licis.§.illud.li.vj.quia de nudo regulariter quis nō tenetur insti.manda.§.tua gratia. vbi de hoc in glo.no.bonum.ꝛ de hoc de here.quicūq̄z.li.vj.per archi.ꝛ.c.gtra chr̄ianos. ex hoc infert ℙdau.ad id qō hic dicit de fauore quod debet in telligi de fauore qui prestatur in faciendo delicto.insti.de ob li.que ex qua delic.§.interdū.xiiij.q.vj.si res.sec⁹ si post de lictum cōsuleret uel faueret:quia non eēt loc⁹ huic pene.idē si cōsuluit dū fit delictum:sed non ut fiat delictuz:sed p alio p hoc littera ibi:in his. ꝛ hoc etiam dicit glo. quia littera in ver.circa tertium.qō dico.j.q.xij.ꝛ.xiij. ¶ Sexto op.in eo q p̄iuat feudis ꝛ beneficijs.nam per hoc poterit agi de p̄iu dicio ecclesie cuius noie forte habet ista cum tamen delictum persone ꝛc̄. xvj.q.vij.si episcopū.regula delictum.li.vi.So. ℙdau.q hic loquitur de bijs que obtinet suo noie non eccle sie.dicit tamen q p̄latus delinquens quādoq̄z perdit feudū in vita sua. sed post eius mortem reuertitur ad ecclesiam.x. col.de capitulis co:radi.c.vno.in fi.quod dixi de insti.cū ve nisset.q.iij.quid autem iuris quando confiscantur bona va salli.an feudum applicetur fisco uel potius reuertatur ad do minū tam de feudo quod habetur a p̄uato q̄ de eo qō tenet ab ecclesia.dixi de here.cle.nolentes.ver.inqsitoribus.q.vij ꝛ.viij. ¶ Quero qua dixi i secūdo notabili q diuersa sunt genera sacrilegiorū que sunt illa? Sol. Alb̄ath.enumerat. nam cōmittitur sacrilegium muadendo res ecclesie .xvij.q. iij.sunt qui opes.ꝛ.c.sacrilegium.ꝛ.c.omnes.ꝛ.c.sicut qui. Item vexando ecclesiam iniuste .xij.questione.ij. predia. Item vastando ecclesiam p̄alle.c.sicut qui. Item violando monialem.xxvj.q.j.sciendum. Item clericus qui aruspices incantatores aut ariolos consulit.xxvj.q.v.si quis eps. Itē indiscrete detrahendo alicui.xxiij.q.iij. non imperpetuz. Item violando īmunitatem ecclesie.xvij.q.iiij.per totum. Item in casibus qui ponūtur.ea.q.cōstituit.ꝛ.§.sacrilegū. Item parcutiendo clericum.ea.q. si quis suadente.ꝛ dicit Alb̄ath.q sacrilegium sumitur duob⁹ modis:stricte ꝛ lar ge.stricte cum res sacra de loco sacro auferatur.sufficit tamen q alteruz istoz interueniat.xvij.q.iiij.quisquis.in fi. no.C. de fur.si nonduz.ꝛ que pena imponatur no.xvij.q.iiij.sacri legium.large aūt sacrilegium extendit etiam ad alia crimina C.de epis.ꝛ cle.si quis in ß.de sacrile.sacri.per totū.qui titu. loquitur de sacrilegio nō vero.ꝛ de hoc etiaz.eo.ti.felicis.li. vj. ¶ Secūdo quero an sacrilegus sit excōicat⁹ ipso iure vi dē q sic.xvij.q.iij.si quis suadente.de sen.excō.nō dubiuz. ꝛ.c.conquesti.in gtrarium.de so.cōpe.c.conq̄st⁹.vbi excōica tur? Sol. Alb̄ath.q aut cōmittitur sacrilegiuz in psonā ec clesiasticam ut verberādo clericū ꝛ tunc ē excōicat⁹.d.c.si qs suadente.ꝛ.c.non dubium.aut cōmittit in possessionib⁹ ec clesiarum auferendo bona uel alia ecclesijs ꝛ non est excōi catus.sed debet excōicari.d.c.conquestus. aut committit in ipsa ecclesia auferendo calicem libꝛos ꝛ similia. ꝛ aut cū effra ctione portarū ꝛ ē excōicatus.d.c.conquesti.aut sine effractio ne ꝛ non est excōicatus.de fur.c.vlti.de hoc in.d.c. cōquest⁹. ¶ Tertio q̄ro si venit alio frangendi ꝛ non frangit: q: forte inuenit ab alio fractuz ꝛ aufert inde aliquid? Sol. Alb̄ath. q non incidit in canonē nisi per se frangat. p hoc.d.c.cōque sti. ¶ Quarto q̄ro an hec lra locum habeat in pontifice qui renunciauit dignitati sed non ordini? Glo.illos sol.q sic.p hoc lra que loquitur generaliter ibi quēcuis pontificem.dicit tamē q tunc nō erit locus pene.de qua.j.ver.feudis.ꝛ ver. ipsius filij.idem ℙdau.ꝛ Benze.q: talis est pontifex nullu⁹ ecclesie.de renūci.ad supplicationem.ꝛ.c.post translationez. dicit etiam ℙdau.idē esse si est pontifex non p̄ius ipsius in iurantis.quod p̄cedit quo ad hoc p̄cipium.sed lra.j.ver. cuitas.strictius loquit de pontifice p̄io. ¶ Quinto que ro si est electus nondum consecratus? Glo.ea.soluit q non est locus huic pene:quia iste nō est ep̄s.idem no.de cele.mis. cle.ij.in.iij.glo. Ben.ꝛ ℙdau.quia hec cle.est inducta fauo re ordinis ep̄alis.j.ver.ne super. nam electos papa non vo cat ffes.de cri.fal.q̄ grauiez quo ad iurisdictionalia ꝛ vin culum fingatur ep̄us.de transla.c.ij.pro hoc fm Bēze.quia pena de qua hic non est laxanda:sed restringēda. ¶ Sexto q̄ro quia hic loqtur de capiente ep̄m an capiens equum quē equitat uel alias vestes uel res que adherent ep̄o uel quas su per se portat incurrat hanc penam? Sol. Laud.distinguen do:quia aut res talis ē q p̄pria auctoritate licet accipere. aut non talis.si est talis ut quia clericus debebat mihi centum p domo quam habitabat ꝛ cessauit soluere per triennuz ita q licet mihi eum expellere p̄pria auctoritate.de loca.potuit.nō ero excōicatus si hoc egero cū moderamine:ut vim vi repel lendo. de resti.spoli.olim.j.dic exemplū non p̄cedere q: p̄ supponit q dñs p̄pria auctoritate possit expellere emphiteo tam qui non soluit canonē.cuius contrarium cōiter tenetur quia emphiteota non cadit ipso iure a iure suo:adeo q sit re scissa emphiteosis donec dominꝰ patitur.ꝛ sic nō reuertitur ad dominuz ipso iure.p hoc quod no.glo.ff.si ager vectig. l.ij.quod dixi de loca.potuit.ꝛ q non possit dñs sua auctori tate expellere probatur.ff.de regu.iur.non ē singulis. quod dixi in eo.c.potuit.q.xxij.sed potest poni exemplū per p̄a alleg.c.olim.j.ut quia clericus vi occupauit rem meam quā curo recuperare repellēdo vim vi.si aūt res non est talis quā licet p̄pria auctoritate recipere.aut clericus inducitur per me tum ad trahendū eam aut per vim.p̄mo casu inferēs metuz non est excōicatus ex quo non inicit manus in clericuz uel in res que sint circa personam clerici uel quas tenet pro hoc:qa hoc non est iure expressum.si aūt per vim aut in res que non sint circa personam clerici uel que nō tenent per eum ꝛ non ē excōicatus ratione p̄dicta.aut in res que sunt circa personaz clerici uel ab ipso tenent.ꝛ tunc distinguit Laud. aut extoꝛ quet res istas quodāmodo furtim ꝛ clerico nesciente: aut co sciente.p̄mo casu non est excōicatus quia nulla violentia ut si clerico dormiente auferꝛ zona uel capuciū. non enim pōt di ci violatus cum non sentiat .ꝛ in talibus spectaꝛ volūtas.ff. de fur.verum.ad.l.coꝛ.de sicca.diuus.ij.de sen.excō.cū vo luntate.dic q hoc membrū non cadit proprie sub violentia: q: non violatur clericus p̄sonaliter rōne p̄dicta.si vero eo sci ente ut quia accepit equū cui clericus insedebat p frenum ul tenet clericum p vestem excōicatus est.ff.de iniur.l.lex coꝛ.i p̄n. p his que no. Inno.de sen.excō.inp.ꝛ ℍosti.in sum. de sen.excō.§.quis possit.ꝛ qō dico in seq.q. ¶ Septimo q ro si quis petit pontificem se defendēdo? glo.ille igiꝛ.soluit q nō est locus pene huⁱ⁹ cle.per lram ibi:iniurioſe uel teme re. Idē ℙdau.dicēs p hanc alternatiuā q sufficit q iniurio se uel temere. de sen.excō.cōtingit.j.sed si vtrūq̄z deficit ut quia se defēdēdo nō est locus pene.de sen.excō.si vero.no.co. ti.in qbusdā.ꝛ.c.felicis.li.vj. ¶ Octauo quero in eo qō di cit de eo q cepit qd si incarcerauit uel i vinculis posuit? Sol. ℙdau.q idē:q: hec habēt vim captionis si fiunt ad custodiā secus de inclusione facta ad verecūdiā.ut no. Inno.in simili

de senten.excō.nup.⁊ sic capere h̄ ponit p detinere.sic.co.ti.felicis.li.vj. ¶ Nono quero in eo q̄ dicit de eo qui bannitus qualis pena est pena banni? Sol. ℣dan.q̄ bannire procedit a consuetudine ciuitatū.ideo periculuz quod imminet bannitis est diuersum fm diuersitatem bannoz. quibusdaz enim si capiūtur imminet periculū mortis.quibusdaz solutionis pecunie:⁊ quidam p̄t impune offendi. Item bannum q̄ñq̄z fingit quem confessum quod est valde periculosum. quandoq̄z non.⁊ de hoc dixi de appel.pastoralis.in fi. ¶ Decimo q̄ro quia hic loquitur de socio consiliario fautore ⁊ defensante: quid iuris in singulis? Glo.qua lr̄a hoc prosequitur.⁊ primo ponit de socio fm determinatores.secūdo ibi:⁊ nos. ponit sex societates fm iuristas.tertio ibi: de socio.de prima societate iuris.s.in crimine ponit triplicem modū.⁊ fm primum modū dicit hic intelligi.s.de cooperāte.quarto ibi: circa secundum.tractat de consiliario.quinto ibi: circa tertium tractat de fautore.sexto ibi: circa quartuz.tractat de defēsante.⁊ pōderat lr̄am utrūq̄ dupliceꝫ defensionem in facto⁊ post. septimo ibi: nō tamen.circa hoc de defensore sol. vnum dubium.octauo ibi: de illo.de alio dubio circa idē remittit.⁊ prima pars glo.clara est. de alijs partibus dic ut in sequenti.q.⁊ signa totam glo.que optima:maxime incipiēdo ibi: de socio criminis.vsq̄z ad fi.de materia huius glo.per archidi.de hereti.c.ij.li.vj. ¶ Undecimo q̄ro qualiter dicat soci⁹ in iure? glo.ea.i secūda parte ibi: sed nos. solut q̄ quo ad id quod dicat de socio criminis.dicit ℣dan.q̄ talis societas non est obligatoria.ff.pro so.l.uj.§.fi.⁊ vocalis societas notia.xxvj.q.ij.illud.in fi.⁊ alibi dicitur quis socius fraudis⁊ criminis.xxxj.q.ij.si res.dicit etiā ℣dan.idem cū glo.q̄ socius in crimine dicitur tripliciter.⁊ q̄ hic loqtur de socio cooperante qui tenet pari pena:⁊ in h̄ ponderat lr̄am ibi: in his. dicēs q̄ secus est si in alijs.vnde socius socium excōicatū nō tenetur vitare.de hoc de sen.excō.si vere.sed si est soc⁹ in delicto cōmittendo punitur ut p̄dixi pari pena ut hic.⁊ de offi. dele.c.j.vbi de hoc.lxxxix.di.si quis papa. q̄ñq̄z tamē soci⁹ minus punitur q̄ faciens p̄ncipalis.xxj.q.ij.cū deuotissimā. de homici.si.ut dignuz.§.j.⁊ si esset socius in p̄missis tñ ex presentia nihil consulens uel cooperans non est in culpa nec in pena.xxiij.q.iij.ita plane.⁊.q.vlti.c.vlti.quandoq̄z tamē sola p̄ntia punitur.de bap.cle.j. ℣dan. ¶ Op.ad hoc quia videtur hic superflue fuisse expressum de socio cum teneatur tanquam participans in crimine damnato.de sen.excō.nuper. Sol. ℣dan.q̄ si est socius percutiendo uel capiendo tūc tenetur tanq̄ faciens ut nunc dixi. sed bannire est actus pro quo non fit hec expressio rōne participij.remittit ad no.de cōsan.⁊ affi.cle.vna.vbi dixi in.uj.ctrario.⁊ per ibi no. p̄t intelligi ℣dan. velle q̄ is qui assistit banniēti non est excōicatus tanquam participeps.sed ita demū si ei in hoc fauet post bannum.⁊ sic postq̄ ipse banniens est excōicatus.sed idem dici posset de socio percutiendo seu capiendo: quia etiam his casib⁹ participans nō est excōicatus nisi postq̄ principalit̄ percutiens est excōicatus.ut no.in.d.cle.vna.⁊ de sen.excō.contingit.j.quod declara per ea que dico de p̄mule.cle.j. ver.si qui.in p̄mo ctrario.in eo quod ibi dixi q̄ si quis percutit clericum pluribus percussionibus simul non est excōicatus nisi vna excōicatione tñ.⁊ sic participans in illo actu dū fit non est excōicatus tanq̄ participans: sed q̄ñq̄z tenet tanq̄ soci⁹.⁊ sic non frustra hic additur de socio. Item fm ℣dan. hic imponūtur etiā alie pene q̄ excōicationis in quibus participatio non operatur idem qđ in excōicatione.quod vltimū no.⁊ de hoc quomodo teneat socius dixi in.d.c.j.de offi. dele.⁊ per hoc expedit.ij.⁊.uj.pars.glo.⁊ dic q̄ hic de socio exp̄mitur i. de illo qui cooperatur non principaliter ut dicit glo.nam si non exp̄meretur non teneret eadem pena.licz enī cooperās principaliter teneat eadez pena.d.c.j.⁊ quod ibi no.glo.secus si non principaliter.C.de rap.virgi.l.vna.ver.ceteros.ff.de fur.is qui opem.⁊.l.in furti.§.ope.⁊ hoc nisi aliter in.l.exp̄imatur.C.de ep s.⁊ cle.si quenq̄.ita no. Ja.bu.in.d.l.vna.⁊ sic tenetur hic soci⁹ pari pena:quia ita hic exp̄mitur. alis teneretur minori pena.d.l.vna.⁊ p hoc dictum.c.j.de offi.de leg.ibi p̄ncipales eorū fautores.⁊ sic secus de non p̄ncipali b⁹ eo.ti.felicis.§.illud.li.vi.vbi pro cōsilio nudo uel simplici fautoꝛe non imponit eadem pena que iponit delinquenti principalit̄.sed alia. ¶ Duodecio q̄ro de consiliario q̄liter teneat glo.e.in quarta parte ibi: circa secundū.solut remittendo.⁊ de hoc dixi.s.in quarto ctrario.⁊ p ibi dicta videtur q̄ nullum speciale ponit hec littera in consiliario: q̄ de consilio p̄-

stito delinquenti tenetur cōsulens pena delicti. ut no.glo.⁊ By.in regula nullus ex consilio.li.vj. posset tamen dici q̄ tenetur consulens etiam si nō sequatur effectus sicut is qui p̄ suasit seruo ut rem dñi furripiat⁊ ad se ferat tenetur furti.⁊ de seruo corrupto etiam si de voluntate dñi seruus eā rē ad illum p̄ferat.C.de furt.si quis seruo.ff.de ser.corr.l.j.§.suadere.hoc enī casu dolus cadit in certū nomen maleficij.ut dicit glo.ff.de reg.iur.consilij.uerus tamē puto q̄ hic non tenetur ex consilio nisi sequatur delictum.ff.de ver.sig.sepe.in fi.⁊ quod ibi no.glo.⁊.d.l.si quis seruo.⁊.§.persuadere.loquūtur in suo casu rōne predicta. hic aūt nō cōmittit delictū punibile penis hic positis ex nuditate cōsilij.s. nec tñ superfluo hic additur de cōsiliario:q̄ cuz alis dubitet q̄ñ quis teneatur de consilio sublatum est hoc dubiū hoc casu. ¶ Decimoterꝫ quero de fauente? Glo.ea.ibi: circa tertū.solut.⁊ idem ℣dan.ut dixi.s.in.iiij.cōtrario. ¶ Decimoquarto quero de defendente? Glo.ea.ibi circa quartū solut.⁊ idē ℣dan.⁊ no.glo.in eo qđ dicit q̄ hoc casu defendēs etiā post delictū tenetur pena de qua hic.alis enī non teneꝫ pena delicti.C.de rap.vir.l.vna.ver.ceteros.⁊ ex hoc ponitur h̄ singularis casus in defendente⁊ cū hac limitatione intelligi debent q̄ no. Bar.ff.de fur.in furti.§.ope.hec,pcedunt si defendit iniuste secus si iuste.qđ p̄sequere ut in glo.⁊ vsq̄z ad fi.⁊ in eo quod glo.i fi.remittit ad no.de cleri.excō.ppositi. ℣dan.hoc p̄sequtur dicens q̄ aduocatus uel procurator talem defendens iuste in iudicio.⁊ putans eū inculpabilem iura pro eo allegādo⁊ ostendendo eū innocentē non ligatur aliqua pena etiaz si postea appareat eum culpabilem.pro h̄ quia in talib⁹ iusta defēsio reseruat̄.de excep.cū int̄.de re iudi.cle.pastoralis. ad fi.secus si cōtra iusticiam⁊ consciam defendit.de here. si aduersus.tales enī defensores appellant̄.xxj.q.j.de p̄sentiū. de re.eccle.non alic.si quis.⁊ quod no.de iureiur.breu. pro hoc.j.ver.ptās.⁊ idem no.in p̄alle.c.ppositi. ¶ Decimo qnto quero de intellectu lr̄e in eo qđ dicit q̄ per hanc cle. isti excōicantur in casib⁹ in quib⁹ p iam editos canones excōicati nō erāt? Glo. ut in banniente sol. quod dixi.s.in.vij.no. ¶ Decimosexto quero de qua consuetudine loqtur lr̄a ibi non obstante q̄cunq̄z cōsuetudine? sol.ut in glo. que forsan. ¶ Decimoseptimo quero de quib⁹ locationib⁹ loquit̄ hec lr̄a ibi locationibus? Sol. Dicz.q̄ de oīb⁹ cū gñalit̄ loq̄t ut dixi in p̄cedēti.q.vñ dicit ℣dan.q̄ h̄ verbū bñficijs.includit dignitates⁊ p̄sonat⁹⁹ ⁊ feuda ut seqtur.bñficiū enī est bēuola actio tribuens gaudiuz capiēti.x.col.in qbus casib⁹ feu.annt.c.j. vitra mediū.⁊ ē senece.li.vj.de bñficijs.dic q̄ lz generali appellatione bñficium cōprehendat etiā feudū: tñ hic nō cōprehendit q: specialit̄ de feudo facta est mentio.⁊ dic q̄ h̄ casu bñficiū includit omne cōmodū qđ habeba: ab ecclia etiā nre rē tpale.p hoc lr̄a ibi spūalib⁹ siue tpalib⁹. ¶ Decimonono q̄ro an hec feuda seu bñficia poterūt iterū cōferri his priuatis? dic q̄ non hac vice.i.in hac tota vacatione.de elec. cōmissa.§.porro.li.vj.⁊ quod no.glo.

Uersi. Ipsius. Nota q̄ cū punit̄ posteritas intelligit̄ p lineā masculinā.hoc tñ non colligit̄ hic:imo potiꝰ ctra q: hic exp̄mitur.sed colligit̄ eo.ti.vbicunq̄z.li.vj.⁊ hoc vult glo.intelligebat̄.⁊ dicit Sen.q̄ ideo venit linea masculina tñ quia in masculis remanet cognomē⁊ memoria generis.ideo in eis p̄sumitur cōtinuatio criminis.C.ad.l.iul.maie.quisquis.ex his no.quatenꝰ hic exp̄mitur de linea masculina q̄ñq̄z exp̄mit̄ id qđ subintelligit̄ qđ fit causa maioris certitudinis. ¶ Secundo nota casum in quo qs inhabilitat̄ ad bñficia.cōcordat de vi.⁊ hone.cleri.cle.q̄ñ.ver.ceteri.⁊ ver. alioquin.de sta. regu. cle.ne in agro.§.porro.ver.q̄ si nullā. ¶ Tertio nota casuz in quo aliquis ē inhabilis ad bñficiū in vno loco⁊ nō in alio de hoc in glo.no.⁊ p:o h̄ de elec.cū in cunctis.⁊.c. p inq̄sitionē.de fil.p̄bȳ.ad abolendā.⁊.c.se.excōicatus vo in vno loco est vbiq̄z excōicatus.iiij.q.v.si qs.de offi.ordi.ad rep̄mēdā. ¶ Op.in eo q̄ inhabilitat filios vsq̄z ad gñationē secūdam q̄ imo vsq̄z ad quartā.co.ti.in qbusdā. glo. decretalis sol.⁊ idē ℣dan. ¶ Quero de intellectu lr̄e ibi: vsq̄z ad gñationē secūdā.videt q̄ itelligat̄ de filijs⁊ nepotib⁹.aut̄.de nō alie.§.emphiteosim.⁊.§.q: vero leonis.col.ij.de here.statu tū.ij.h.vj.⁊ qđ ibi no.in glo.hucusq̄z. Jn cōtrariū q: pater videt tenere locū vni⁹ gñationis: ⁊ sic p secūdā gñationem

veniunt filij nō nepotes. dic pmū verius p dictū glo. c. statu tum. p hoc quia gīiatio ⁊ gradus accip unt̄ p codē. x. col. ti. j. vbi glo. no. in ver. gradū. quod no. Bal. C. de sacrosan. eccle. aut̄. si quas. referens Bar. aliter cōsuluisse: distinguendo q̄ aut cōceditur emphiteosis t.cio in secūdam gīiationez ⁊ tunc stipes. i. ipse tic⁹ computatur. p vna: ⁊ sic veniūt soli filij. aut cōceditur titio vsq; in eius secūdā gīiat ōez ⁊ tūc veniunt nepotes stipite nō cōputato: quia qs non generat seip̄m ip e aūt Bal. ibi dicit q̄ glo. p̄alle. in v̄. gradū. facit. p Bar. quia gradus cōputantur dēpto stipite: vnde pater ⁊ filij⁹ sunt in vno gradu. insti. de gradi ⁊ in arbore cōsanguinitatis. sed idem Bal. ibi dicit in hoc standū cōsuetudini eccl̄ie cōcedētis. ar. ff. de leg. ij. l. nomē. §. j. q̄ optima est interp̄tatio que p consuetudinē fit p̄sertim in his q̄ habēt eē ⁊ formā a gsuetudine. ff. de legi. si de interp̄tatione. de cōsue. cum dilectus. dicsiliter standū consuetudini alterius p̄uati cōcedentis q̄ attendit cōsuetudo patrisfamilias. ff. de pigno. act. uel vniuersoz. de pig. illo vos. sed videt̄ non referre an dicat̄ vsq; ad secundam generationē: an vsq; ad eius secūdam gīiationē: semper enī fit cōputatio dēpto stipite. de gsan. ⁊ affi. c. fi. ⁊ qō ibi no. ⁊ sic vtroq; casu secūda gīiatio dicūtur nepotes qō magis placet. ¶ Secūdo quero in eo q̄ isti inhabilitant̄ ad obtinenda quid de obtentis? glo. non p̄uat. soluit q̄ illa nō p̄dunt. idem ℣dau. ⁊ Benze. qui dicit q̄ non p̄uant̄ obtētis: quia cū alieno vicio laborent mitiꝰ cū eis agit̄. ar. C. de na. li be. l. legem. item q̄ ⁊ als non eēt differētia int̄ p̄ncipales delinquentes, ⁊ eoz filios qō hec lr̄a non tollerat nec p̄cedens. ¶ Tertio q̄ro an isti poterūt beneficia q̄ habēt cum alijs p mutare in eadē dyocesi? glo. ca. soluit q̄ nō: idē ℣dau. ⁊ Bēze. qui inducit q̄ dicerent̄ bñficia nouiter acq̄rere. Stepha. dicit hoc verū in pmutatione q̄ fit ad instantiā pmutant̄. secus si ex officio supiozis: als superioꝛ puniret̄ sine culpa. 9tra id de cōsti. c. ij. de eo q̄ cog. consan. iordane. l vj. di. satis puer sum. regu. non dz. ⁊ regula sine culpa. li. vj. ⁊ sic potent superioꝛ ex officio talē pmutationē facere. de re. pmu. quesitū. iuf sus, cui iudicis facit licitū qō als nō licet. ff. de his q̄ no. infa. l. furti. §. q̄ iussu. dic verꝰ q̄ indistincte nō tenet talis pmutatio. quanq̄ enī possit superioꝛ ex officio p̄uare bñficiatū. ex cā tñ non potest inuitū trāsferre quo ad ꝺ ut inuitꝰ acquirat titulus in sēdo bñficio. lxxiiij. di. gesta. ⁊ c. vbi ista. qō dixi de translā. c. fi. ⁊ p hoc quod no. in regula qō ob gr̄am. li. vj. requirit̄ q̄ cōsentiat ipse translatus. per hanc aut̄. cle. isti sunt inhabiles ad obtinenda ⁊ sic cōsentire nequeūt. ¶ Quarto q̄ro in eo q̄ isti inhabil. tant̄ ad bñficia eccl̄iastica: quid de secularib⁹? soluit ℣dau. q̄ illa poterūt hīe ⁊ pōt exemplificari in bñficio qō dat̄ alicui tanq̄ bñmerito. de magis. quia nonnullis. ver. assignetur.

Ver. Terra. Nota q̄ q̄ñ q̄z fert̄ interdictus in terrā p̄pter delictū dñi. ⁊ tūc durat vsq; ad eius satisfactionē. p hoc littera ibi: satisfactionem eiusdē. subaudi dñi. ⁊ sic nō sufficit alioz satisfactio. ut no. de peni. q̄ in te. ¶ Secundo nota q̄ q̄ñ q̄z fertur interdictū sub conditione sicut hic interdict̄ locꝰ vbi eccl̄ps detinet̄ ⁊ quādiu detinet̄. de hoc in glo. cōcordat. ¶ Tertio nota ibi domicilij p̄ncipalis ipsiꝰ. qō attenditur domicilium p̄ncipale. ⁊ dicit ℣dau. q̄ dicit̄ p̄ncipale vbi hz larem. ut no. de maio. ⁊ obe. oēs. ⁊ si habet duo equalia domicilia ambo cōprehendūtur q̄: loco vnius habent̄. de sepul. cū quis. li. vj. ¶ Quarto nota q̄ rōne vicinitatis qs cōsequtur incōmodū. de hoc in glo. in ver. vicine. p hoc de excess. p̄la. clerici. de peni. di. j. sed ⁊ cōtinuo. ¶ Op. q̄ non tñ debuerunt interdicere terrā ist̄ius: sed etiam bona cōfiscare eccl̄esie offense. xvij. q. iij. si quis dem ceps. xxiij. q. iij. quisquis. soluit ℣dau. stando ⁊rario. dic q̄ illa iura stricti⁹ loquūtur q̄: nō comp̄hendūt cōsiliariū fautorem uel defensorē qui cōp̄hēdunt̄ hic: ⁊ sic quo ad ibi exp̄ssos locus est confiscatio. quo ad alios nō extendit̄. sed pena ista locum habet etiā in consiliario fautore ⁊ defensore. s. ecclē. in p̄n. ¶ Quero in eo q̄ interdict̄ terra ipsiꝰ ⁊c. q̄ dicat̄ ipsi⁹? Sol. ut. j. q. iij. ¶ Secundo q̄ro in eo q̄ hic interdict̄ terra istiꝰ vsq; ad eiꝰ satisfactionē. Itē terra in q̄ detinet̄ eccl̄ps donec detinebit̄ an post satisfactionē uel relaxationē eccl̄i tollitur ipso iure interdictum? soluit Stepha. dicēs q̄ post satisfactionem requiritur relaxatio interdicti: quia posset eē dubium an esset plene satisfactum ⁊ alter negaret. ar. ij. q. v. preterea. vbi per archidi. p hoc quod no. Inno. de eta. ⁊ q̄lit. cum bone. liez contrarium videatur notare. de coha. cleri. sicut. quod dic ut dixi de deci. cle. j. q. xxx. secus dicat Steph. in secūdo casu post relaxationem eccl̄i. quia tunc ipso iure tollitur interdictum. dicit tamē non eē absurdum q̄ etiam hoc casu interueniat declaratoꝛis sententia p quam declaret̄ clericos posse agere in officio suo sicut p̄us. idē dicit Laudu. j. ea. cle. ver. ciuitas. vbi dicit q̄ qñ vsq; ad certum tp̄s uel modum latum eē interdictū finito tpe uel modo cessante sublatum eē: quia nō potest dubitari an sit tēpus elapsum uel modus impletus. ¶ Det. de ancha. dicit q̄ non eē differentia int̄ hos casus. nam etiā relaxatio pōt esse occulta. ⁊ sic etiam secundo casu regritur declaratio ⁊ sublatum fit interdictū: als non excusarentur celebrantes ab irregularitate. si tamen velent p̄bare de satisfactione uel relaxatione an p̄ hoc euitent irregularitatem dicit se dubitare. dicut dixi in dicta cle. j. de deci. ⁊ p Steph. facit q̄ relaxatio eccl̄i non bene pōt esse occulta. ar. de transla. quanto. tutius eē tamen q̄ etiam hoc casu interueniat declaratio p̄dicta. p̄ter dubia que oriri p̄nt. tamē eoipso q̄ satisfactū est uel facta relaxatio eccl̄i detenti vere dicitur sublatum interdictū cū sub illis cōditionibus sit latum: ⁊ sic qui interim celebrarunt si de hoc docent non sunt irregulares. ¶ Tertio q̄ro in eo q̄ interdicitur terra si sua sit de qua terra intelligit̄? glo. vide. remittit ad no. de postula. c. j. ℣dau. dicit q̄ terra ipsius dicitur terra p̄tinens ad ipsius iurisdictionē. p no. in. d. c. j. ⁊ p hoc q̄ dicatur sua etiā ratione solius iurisdictionis est. quod no. ff. de origi. iur. l. ij. post p̄n. Benze. dicit q̄ terra ipsiꝰ dicit̄ uel rōne p̄prietatis: uel ratione iurisdictionis. remittit ad no. de iudeis. cle. j. vbi dixi i ij. q. ⁊ de hoc in seq. q. ¶ Quarto quero si eē tyrānus q̄ non habet titulū in terra: sed occupat. cōsului q̄ non erit interdicta: quia non est sua: nec quo ad p̄prietatem: nec quo ad iurisdictionem. C. de sacrosan. eccle. decernimus. p hoc qō dicit Bar. in tractatu de tyrāno. q̄ talis intrusus non obligat terrā ex facto suo. ar. de elec. fundamēta. li. vj. sicut nec p̄latus intrusus ecclesiam. de scisma. c. j. p hoc lr̄a ibi: terra ipsiꝰ. q̄: genitiuꝰ denotat dominiū. ff. de relig. l. ij. §. j. de quo dixi in p̄alleg. c. j. de postu. p hoc etiā lr̄a ibi suasit. ⁊ quod dixi s. q. p̄ima. si tamen ciuitas ex tacito consensu diu passa est aliquē tyrannū tunc videtur tacite approbasse. p hoc qō dico. j. ver. ciuitas. q. ij. ⁊ sic ex facto eius teneꝝ. de p̄curat. c. fi. Itē si ciuitas patiꝝ ea de q̄bus hic fieri ⁊ non cōtradici intelligitur approbare. ut dico in. d. q. ij. ⁊ sic non tñ tenetur ciuitas qñ est talis tyrānus qui vi occupauit ciuitatē: nec ciuitas potest resistere ut quia ibi sunt armati fauctes tyranno potēciozes illis de ciuitate. ¶ Quinto q̄ro si est terra cōis sibi ul' alteri? Sol. Lau. ⁊ Bēze. q̄ non erit interdicta. ar. de p̄bē. cum in illis. de offi. deleg. sane. ff. de ver. sig. pupillus. §. vlt. p hoc. ff. de lega. ij. legatus vxori. dic melius distinguendo ut no. Jo. an. de sen. excō. si sententiaz. li. vj. §. j. q̄ aut possidet cum alio p indiuiso. ⁊ p̄cedit opinio p̄missa ne innocens puniatur. aut pro diuiso ⁊ tunc sua pars erit interdicta. ar. de sepul. sacris. dic tamen q̄ quando p indiuiso non dicitur propriē cōis. ¶ Op. ad hoc de. c. j. de postu. p̄la. sol. Laud. q̄ illud fecit interp̄retatio cardinalis super hoc potestatē habentis. dic verius q̄ ibi extendit̄ interdictum ad terram adherentem p̄propter fauorem quem p̄stabat vnde intelligitur ibi de adherentia non contiguitatis: sed fauoris. ut ibi dixi.

Ver. Et quia. Nota q̄ ad cōfusionē peccatoris publicat̄ peccatum ⁊ ipsum tur pena manifesta. vj. q. j. deniq; xv. q. j. mulier. de peni. et remis. c. j. ⁊ de hoc. xxij. q. iiij. nemo. ⁊ dicit ℣dau. q̄ hec est causa quare excōicatus denunciatur ⁊ publicet̄. dicit tamen q̄ etiam hoc fit ut ab alijs euitetur. xj. q. iij. cure. ⁊ quid operetur denūciatio. dic ut de appel. pastoralis. ⁊ de excepti. c. j. li. vj. ¶ Secūdo nota modum publicandi excōicationez ut fiat̄ pulsatis cāpanis ⁊ candelis accensis subaudi ⁊ extinctis ⁊ pedibus conculcatis. de hoc in glo. extinctis. ⁊ dicit ℣dau. q̄ debent candele ad terram p̄ojici. quod etiā dicit̄ in. c. debent. alleg. in glo. ⁊ dicit Lau. q̄ hoc fit ad aggrauandum sententiam: als sufficeret q̄ excōicatus publice nuncietur. ij. q. j. multi. de except. exceptionem. in ver. publice. Bēze. dicit q̄ hec solēnitas obseruatur in anathemate quando anathema fertur ab homine, hic aūt excōicatio lata a canone publice per hominem nunciatur. dic q̄. c. debet. non obseruatur respectu pronunciationis: sed respectu publicationis. et ut p̄dixi hoc fit ad aggrauationem seu verius ad terrorez excōicati ⁊ alioz. nam publicatio nihil inducit. ff. de testa. heredes palaz. de appel. pastoralis. nec ista solēnitas sp obseruat.

sed quo ad hanc cle. oportet eam obseruari exquo ꝫ exꝑmit. ¶ Tertio nota ibi sufficienter. ⁊ idonee q̄ hoc casu non absoluitur excōicatus nisi caueat sufficiēter. ⁊ licet videatur distinguere inter sufficiēter ⁊ idonee: tamē accipiunt̄ pro eodē ⁊ hic ponit vtrūq; causa maioris expressionis. ⁊ in hoc nota casum singularem in quo excōicatus pro offensa etiam non notoria non absoluit nisi prestita sufficienti cautione. ⁊ idem dicatur. co. ti. felicis. §. cum autem. li. vj. als regulariter sufficiat cautio nr̄a toria. de senten. excō. ad hec. vbi glo. ⁊. c. cum desideres. quod dixi de appel. qua fronte. sed forte habuit ꝫ respectū q̄ offensa non potest nō esse notoria. ar. de transla. quanto. pro hoc quod dixi. s. ver. pro⁹. q. ij. verius est tamē q̄ potest cē dubia saltē respectu offendētis: ideo dici oportet q̄ hic opus est sufficienti indistincte: q⁹ ita hic exꝑmitur. pro hoc. j. ver. pr̄i. ⁊ quod ibi dico in. j. not. ¶ Quarto nota q̄ absoluendus nō solum cauet de parendo pene sibi iniungende. sed etiā q̄ priam sibi iniūgendā peraget. de ꝫ in glo. concordat. ⁊ dicit Pau. q̄ ei imponet pena cōmensurata de de licto. de pe. di. j. mensuram. xxiij. q. j. non afferamus. co. ti. felicis. §. p̄missis. li. vj. als si nō erit cōmensurata non coget parere mandato. facit de iureiurā. veniens. ⁊. c. quitanallis. xxij. q. iij. qui peccat. xxvj. q. vj. alligant. de sen. ex. ex teno re. in glo. j. ¶ Op. quia littera ibi quousq; dignam satisfactionem prestiterit. innuit a contrario q̄ post prestitam satisfactionem non debet amplius publicari cū tamē nō sufficiat satisfactio nisi absoluatur. de sentē. excō. cū desideres. de de ci. cle. j. Sol. Pau. stando ꝯrario. ⁊ ad lr̄am ibi prestiterit. subaudit ⁊ absoluat. ⁊ de hoc in ver. seq. q. ij. ⁊ duabus. se. ¶ Quero i eo qō dixi in tertio no. de idonea cautione que erit hoc casu idonea? Sol. Pau. q̄ debet cē talis que verisimiliter timeatur. de resti. spol. lr̄as. ad fi. vnde dabit pignora uel fideiussores. ff. man. si mandato. §. vlt. ut lite non cen test. cūn. §. in alijs.

Uersi. Ciuitas. Nota ibi donec satisfecerit. q̄ hoc casu non relaxat̄ interdictum nisi p̄cedat satisfactio. de hoc dixi. s. ver. pr̄i. in. iij. no. ¶ Secundo nota casum in quo fertur interdictū ipsorum re. de hoc in glo. concordat. ¶ Op. in eo q̄ punit ciuitatem que hoc cōmiserit quia ciuitas est res inanimata ⁊ sic non potest delinq̄re uel mereri sicut nec res aīata ratione carens. ff. si quadru. pau. l. j. de homi. c. j. Sol. Pau. exponēdo lr̄am ibi: ciuitas. i. hoies ciuitatis ⁊ habitantes in ea. videt enī ciuitas facere exquo hoies cōiter sunt culpabiles facto consensu ⁊ taciturnitate. xxiij. q. iij. ostendit. secus si aliqui ciues cōmittunt ciuitate nō consentiēte. simile de elect. vbi periculū. §. ciuitas. li. vj. de homici. ad abolendā. §. statuim⁹. ver. ciuitas. xxij. q. ij. dñs noster. j. q. j. si audieris. xxv. q. ij. ita nos. de ꝫ j. q. ij. ¶ Secūdo op. q̄ ciuitas ꝫ casu non tm̄ debeat interdici imo etiam ep̄atus puari. xxv. q. ij. ita nos. Sol. Pau. ⁊ Gen̄e. q̄ illud p̄cedit quādo bis interfecit episcopum suū. ¶ Quero quia hic loqtur de ciuitate q̄ ista cōmisit in ep̄m suū: quid si in alienū? Sol. Gen. q̄ non est locus interdicto de quo hic: quia hoc reuerteret in p̄iudiciū ep̄i. p̄ri: quia ex tunc nō posset ibi celebrare uel officio pōtificali uti. de excess. p̄la. tanta. de sentē. excō. is qui. li. vj. p hoc q⁹ hec constitutio cū sit penalis restringenda est. regu. in penis. li. vj. ¶ Secūdo q̄ro in eo qō dixi q̄ ciuitas hic dicit delinq̄re cū ciues delinquūt: an ⁊ quādo hoc procedit? Sol. Gēze. q̄ p̄cedit q̄n̄ vniuersitas ciuitatis de cōi consilio hec fecit ut vniuersitas. qō qualiter videatur fieri no. ff. q̄ cuiusq; vniuer. no. sicut. §. j. de regu. iur. aliud. §. refert. ⁊ hoc tenet Jo. de lig. dicens q̄ tunc tm̄ dicitur ciuitas facere quādo homines cōi consilio faciunt tanq̄ corpus. sec⁹ si ut singuli nullo tractatu preuio nec cōicato consilio. ff. qō vi aut clam. q̄ autē. §. si in sepulchro. q̄ cuiusq; vniuer. nulli. ⁊ ibi no. ⁊ per ꝫ consuluit ciuitatē Bo nonie nō essē interdictā ꝓpter rebellionem factā a qbusdam ut singulis. etiā p̄supposito q̄ lex interdicat ciuitatē rebellionem facientem ⁊ dicit se ꝫ defendisse in p̄tia pape dicēs hoc p̄cedere etiam si omnes de ciuitate fecissent ut singuli: nō ut corpus. Jn ꝯrarium cē quod dixi. s. in p̄mo contrario. in eo qō ibi dicat Pau. q̄ ciuitas dicit facere exquo homines cōiter sunt culpabiles facti cōsensu uel taciturnitate ⁊ sic facta rebellione p aliquos si ciuitas hoc patit dicitur facere. qō tenet Pet. de ancha. nam tenendo qō dicit Jo. de lign. sequeret q̄ si aliqui ciues inuaderēt castrū alteri⁹ qō postea ciuitas teneret uel si aliqui ciues dep̄dantur territorium alteri⁹ ⁊ ciuitas receptat predā ⁊ captiuos non teneret. exquo illi non fecisset cōicato consilio quod videt absonum. non enī refert an verbis an tacito consensu dep̄hendatur volūtas. ar. de sen. ex. quanto. imo plus est factis aliquid facere q̄ verbō. de appel. dilecti. j. quod placet. ⁊ dictū Jo. de lig. p̄cedit q̄n̄ omnes ciues uel multi aliquid facīt tanq̄ singuli. ⁊ postea p act⁹ sequētes non pōt detegi volūtas tacita ciuitatis approbantis: als secus per p̄dicta que not. quia sepe accidūt. ⁊ pro hoc qō dixi. s. in ver. terra. q. iij. ¶ Tertio q̄ro in eo q̄ interdicitur ciuitas donec satisfecerit an post satisfactionem sublatus est interdictum? glo. vide. remittit. Laud. dicit q̄ non: sz requiritur sententia superioris. ij. q. j. presbyter. sec⁹ dicit si ad certum tempus uel modū latum esset. qō dic ut dixi. s. ver. terra. q. ij. ¶ Quarto q̄ro qualiter fiet satisfactio de qua ꝫ? Sol. Bath. q̄ debet satisfieri de iniurijs expensis ⁊ damnis. de fo. compe. cōquestus. co. ti. olim. dicit etiam q̄ si clericus iniuriatur laico debet ei satisfacere de iniuria. de senten. excō. contingit. ⁊ si adinuicem sibi iniuriātur clericus uel laicus debet fieri cōpēsatio hinc inde. ⁊ q plus excessit plus dz satisfacere leso sm̄ extimationez iudicis. d. c. cōtingit. de adult. intelleximus. ⁊ de iniuria pecuniali debet satisfieri leso. de sen. excō. parrochianos. ⁊. c. ea nosc̄itur. ⁊. c. quāuis. in quib⁹ de hoc nec istam satisfactionē tenetur quis remittere. sed rācionem tm̄. xlv. di. ⁊ qui emendat. xc. di. si quis contristatus. xxij. q. iij. si illic. ⁊ pro hoc quod dictū est de damnis. facit ij. q. j. in p̄mis. de iniur. olim. ⁊. c. in nostra. ⁊ dicitur damnū diminutio patrimonij. ff. de dam. infec. l. damnum. ⁊ isto casu debēt restitui oia que occasione predictorum amisit ⁊ q̄ habuisset si nō essent facte iniurie. ⁊ iniurias extimabit ep̄s dicens: q̄ vellet potius tantū de suo p̄didisse q̄ hanc iniuriā passus esse. ⁊ iudex postea taxabit. ij. q. j. in p̄mis. iij. q. iij. qō fieri. institu. de iniur. §. datur. ⁊ in Spe. co. ti. §. j. ver. in hac. ¶ Quinto quero cora quo clericus vulneratus seu percussus a laico poterit petere satisfactionē? Sol. Bath. distinguit q̄ aut agitur ad penā rōne sacrilegij aut ad satisfactionē iniuriarum ⁊ interesse. p̄mo casu debet agi cora ecclesiastico. xxiij. q. iij. quisquis. secūdo casu aut p modum actionis aut exceptionis. si actionis cora seculari debet agi: q⁹ actor segtur forum rei. de fo. compe. cuz sit. ⁊ est casus de iudeis. postulasti. si aūt per modum exceptionis: puta quia laic⁹ petit se absolui tunc cora iudice ecclesiastico. de sentē. excō. parrochianos. vbi de hoc p Hosti. dicit tamē Bath. q̄ cum ad officium prelati spectet facere excōicatum denunciari poterit ecclesiasticus laicū excōicatum denunciare donec satisfaciat clerico. de iniurijs. d. c. parrochianos. ¶ Sexto quero si passus iniuriam mort̄ ante litis cōte. in actione iniuriarū? sol. Bathe. q̄ heres non poterit actionē p̄sequi: quia non transit in heredem. ff. de iniur. iniuriarum. insti. de perpe. ⁊ tēpo. acti. §. ⁊ est. de ꝫ per Jmo. de iureiur. quitanallis. ¶ Septimo q̄ro statuto cauetur q̄ si quis insultum fecerit ad domuz alicuius puniatur in. xx. aliquis assaliunt aliquem in portico domus sue. an videt fecisse insultum ad domū eius? sol. Bathe. referēs qō no. spe. de iniur. §. j. ver. pone. vbi dicit q̄ sic quia appellatiōe domus cōtinetur porticus. xvij. q. iij. si qs contumax. ⁊. c. si quis in atrio. de imu. eccle. cum ecclesia. ad idē de imu. eccle. decet. li. vj. v. cessent in ecclesijs. Jo. an. in additi. spe. in. d. ver. pone. refert alios distinguere an porticus sit priuatus an publicus. p̄mo casu procedit quod dictum est quia tunc est pars domus. secundo casu sec⁹: quia tunc non potest dici pars domus cū omnibus pateat. ⁊ de portico priuato potest exemplificari maxime rome vbi aliqui claudunt porticus ⁊ vtuntur ipsi soli tanq̄ domo: ⁊ hec distinctio est equa ⁊ iuribus fulciri potest. quod dic ut in. d. ver. pone. per Jo. an. ¶ Octauo quero in eo qō dicat interdicto memorato an intelligit eo modo ut. s. §. terra. videtur q̄ sic. per verbum memorato. ⁊ sic videtur intelligendū q̄ comprehendatur dyoce. in cōtrariu⁹. de sen. excō. si ciuitas. li. vj. per quod videtur q̄ cum hic dicat de ciuitate non sit interdicta nisi ciuitas ⁊ continentia edificia. sec⁹ autem in. §. terra. vbi non dicit de ciuitate sed de terra. Item ibi quādo proceditur contra p̄sonā veram. hic contra fictam seu repr̄sentatam. s. ciuitatē que non potest delinquere. ut no. Jmo. de senten. excō. graue. ideo ibi grauio: pena imponitur. ⁊ sic consului. ⁊ ad ver. memorato. dic q̄ ciuitas hic subiacet interdicto memorato eo modo quo de iure pōt intelligi ita tm̄ q̄ nō violent alia iura. ar. de elect. cū non decet. li. vj.

Uer. Potestas. Quero de quibus aduocatis loqtur hec lr̄a ibi: aduo

cati? Sol. Pau. q̄ pōt loq̄ de aduocatis causarū qui qñq̄ puantur officio patrocinandi. co. ti. felicis. li. vj. de hereti. si aduersus. uel loq̄tur de officialibus sic noiatis. de iurepā. qa clerici. ⁊ hoc vltimum placet. ppter id quod pcedit in ſra de potestate ⁊ alijs. ⁊ qō sequit̄ de rectoribus ⁊ cōsul bo. ¶ Secundo q̄ro de intellectu ſre nisi ut premittitur? sol. ut in glo. in verbo p̄mittitur. ¶ Tertio q̄ro an successores ustoꝝ erūt etiā excōicati: an vo soli predecessores qui culpabiles fuerūt? Sol. Laud. q̄ etiā successores si post adeptum officiū nō liberant captū q̄ cito cōmode potuerunt. de immu. eccle. aduersus. in fi. vbi de hoc in glo. vlti. in fi.

Ver. Que omnia. Prefatos sez peutientes capientes mandantes ratū habētes ⁊ de his dantes consiliū ⁊ fauorez. ¶ Nota ar. a minori. de hoc in glo. arguit. ¶ Secūdo nota q̄ mē fectores episcoporū grauissime sunt puniendi. ⁊ dicit Pau. q̄ etaz p reges ⁊ p̄ncipes seculares puniri debent. xxiij. q. v. sunt quidem. ¶ Tertio nota q̄ vbi grauior est culpa grauior dz esse pena. de hoc in glo. cōcordat. ⁊ de hereti. vergentis. ⁊. c. excōicamus. §. si vero. de homici. si aliqs. ⁊. c. sicut dignum. xxiij. q. j. non afferam⁹. in fi.

¶. Nec super. Nota de dictione prochdolor. de hoc in glo. interiectio. ⁊ dicit Pau. quosdaz dicere q̄ cōponitur ex pro. i. valde ⁊ dolor. dic q̄ pro de per se sm Pisicianū in tractatu de interiectiōe est interiectio. Lucanus in tertio. pro si remeasset in vbe. vnde dic q̄ dijcatur dictio dolor causa expressionis significationis. ¶ Secūdo nota ibi: frequenter. q̄ ad ea que frequēter emergūt iura adaptant. ff. de legi. nam ad ea. ut li. nō cō testa. quoniam. in pn. ¶ Tertio nota q̄ multis grassantibus opus ē exemplo. de hoc in glo. quasi. ⁊ in ver. exemplo. ¶ Quarto nota q̄ ex dignitate offensi augetur pena. de B in g o. in ver. offensi. ¶ Quinto nota multas laudes episcoporum quia dicuntur sanctissimi. Item christi legati ⁊c. ut in littera.

Ver. Sane. Nota ibi in iure. alibi. p gñali al legatiōe. de hoc de coha. cle. vña ¶ Op. in eo q̄ dicit q̄ absolut⁹ in mort̄ articulo nisi post q̄ fuerit restitutus sanitati q̄ cito cōmode potent se p̄tet pape remedit excōicationem. videtur enim q̄ nō debeat expectari q̄ cōmode possit. sed q̄ cito hz oportunitatē hoc debeat facere. de sen. excō. decetero. glo. idem allegat hoc. c. potius. p cōcordantia. ⁊ dic q̄ in effectu idem est dicere q̄ cito cōmode poterit uel q̄ cito oportunitatem habuerit. ⁊ quomodo debeat intelligi dic ut in glo. ⁊ in seq. q. ¶ Quero an creditur isti dicenti q̄ non pius cōmode potuit? Glo. ea. ibi: per ſ patet. soluit q̄ non. sed q̄ hoc arbitrabit̄ iudex ex coniecturis. quod dicit in glo. ¶ Op. ad hoc quia cū queritur de anime periculo ⁊ de alicui⁹ conscīa credit̄ eius iuramēto. de homicī. significasti. ij. glo. ea. ibi: nec obstat. soluit q̄ illud in foro penitentiali ⁊ quo ad vinculum occulte contrahendum quā singulariter no. dem Pau. dicens q̄ hic loquit̄ in iudicio cōtentioso. ⁊ de vinculo publico dic q̄ etiam in foro iudiciali statur sacramēto alicui⁹ quādo aliter p̄bari nō potest de conscīa eius. de testi. p̄sentiū. vbi de hoc in glo. iuramentum. hic aūt potest probari q̄ citius potuerit ex coniecturis. ¶ Secūdo quero an iudex cum volet denunciare hunc incidisse excōicationem enunciabit? Glo. ea. ibi iudex tamen. soluit q̄ sic. Idem Lau. Pau. ⁊ Bēze.

